hoc etiam habere miraculi adiunxit· quia in quolibet loco q̄zuis immanissime asperitatis serpentem repererit mox vt eum signo crucis signauerit extinguit ita vt v̄tute cru-cis quam vir dei digito ediderit diruptis visceribus mo-riatur. Quē si qn̄ serpens in foramine fugerit signo crucis os foraminis benedicit statimqz ex foramine serpens iam mortuus trahitur· Quē tante virtutis virum ipse etiā vi-dere curam eumqz ad me deductū infirmorum domo pau-cis diebus manere volui vbi siqua adesset curationis gra-tia citius probari potuisset· Ibi aūt quidā inter egros ali-os mente captus iacebat quē medicina greco vocabulo fre-neticū appellat· Qui nocte q̄dam cū magnas voces scz in-sanus ederet cūctosqz egros immēsis clamoribꝰ pturbaret ita vt nulli illic cape somnū liceret fiebat res valde mirabi-lis· qz vnde vnꝰ male inde omnes deteriꝰ habebāt· Sed si-cut ⁊ prius a reuerendissimo florido ep̄o q̄ tunc cū p̄dicto presbitero illic p̄iter manebat ⁊ post a puero q̄ nocte eadē egrotantibꝰ seruiebat subtiliter agnoui idem venerabilis presbiter de proprio stratu surgens ad lectū frenetici silen-ter accessit ⁊ sup̄ eum positis manibꝰ orauit moxqz illū vt melius habentē tulit atqz in superiora domus secū ad orato-rium duxit· Vbi pro eo liberiꝰ orōni incubuit ⁊ statim eū sanum ad lectū proximum reduxit ita vt nullas vlterius voces ederet nec iam egrotorū quēpiam aliquo clamore pturbaret nec iam egritudinē auxit alienā q̄ p̄fecte recepe-rat mentē suam· Ex q̄ eiꝰ vno facto didicimꝰ vt de eo illa omnia audita crederemus. ¶ Petrus.

Magne vite edificatio est videre viros tam mira faci-entes atqz in ciuibus suis hierusalem celestem in ter-ra conspicere. ¶ Gregorius.

Neqz hoc silendū puto q̄ omnipotens deus super maximianum famulū suum nūc siracusanū ep̄m tunc aūt mei monasterij p̄rēm dignatus est mon-strare miraculū· Nam dū iussione pontificis mei i constā-tinopolitane vrbis palacio respōsis ecclesiasticis deseruirem illic ad me idē venerabilꝭ maximianꝰ caritate exigēte cū fra-tribꝰ venit· Qui cū ad mōsteriū in eū roma rediret i mari

Contra lamen-tatores (?)

adriatico nimia tempestate dep̄hensus inestimabili ordi-
ne atqȝ inusitato miraculo erga se cunctosqȝ q̇ cum eo ad
erant omipotētis dei ⁊ iram cognouit ⁊ grām. Nam cū in
eorꝝ morte ventorꝝ nimietatib⁹ eleuati fluct⁹ seuirent ex na
ui claui ꝑditi arbor abscisa est vela inundis ꝓiecta totūqȝ
vas nauis quassatū nimijs fluctib⁹ ab omni fuerat sua cō
page dissolutū. Remis itaqȝ patentib⁹ intrauit mare at-
qȝ vsqȝ ad sup̱iores tabulas impleuit nauem. ita vt non
tam nauis inter vndas q̄ȝ vnde iam intra nauem esse vide
rentur. Tunc in eadē naui residentes nō iam ex morte vici-
na sed ex ip̄a ei⁹ p̄ntia ac visione turbati omēs sibimet pa
cem dederunt corp⁹ ⁊ sanguinem redemptionis acceperūt
deo se singuli cōmendātes vt eorꝝ aīas benigne susciperet
quorꝝ corpa in tam pauenda morte tradiderat. Sed omi-
potens de⁹ q̇ eorꝝ mentes mirabiliter terruit eorꝝ q̊ȝ vitā
mirabilius seruauit. Nam dieb⁹ octo nauis eadē vsqȝ ad
sup̱iores tabulas aq̄s plena iter propriū p̱agens enatauit.
nono aūt die in cothronensis castri portu deducta est. Ex
qua exierunt omēs incolumes q̇ cū p̄dicto venerabili vi-
ro maximiano nauigabāt. Cunqȝ post eos ip̄e q̊ȝ fuisset
egressus mox in eiusdē porti ꝓfundū nauis demersa est. ac
si illis egredientib⁹ p̄ pondere subleuatione caruisset ⁊ que
plena hominib⁹ ī pelago aq̄s portauerat atqȝ natauerat
maximiano cū suis fratrib⁹ recedente aq̄s sine hominib⁹ in
portu nō valuit portare vt huic omnipotens de⁹ ostende
ret. q̃ hanc onustam sua manu tenuerat q̄ ab hominib⁹
vacua ⁊ derelicta super aquas non potuit manere.

ANte dies quoqȝ fere quadraginta vidisti apud
me eum cuius superius memoriam feci venerabi
lis vite prespiterum sanctulū nomīe. qui ad me
ex nursie prouincia annis singulis venire consueuit. Sed
ex eadem prouincia quidam monachus ante triduum ve
nit qui grauis nuncij merore me p̱culit. q̃ eundem virum
obisse nunciauit. Quius ergo viri ⁊ si non sine gemitu dul-
cedinis recolo. iam tamen sine formidine virtutes narro
quas a vicinis eius sacerdotib⁹ mira virtute ⁊ simplicita-
te p̄ditis agnoui. Et sicut inter amantes se animos hoīm

magnum caritatis familiaritas ausum prebet a me plecū
q3 ex dulcedīe coactus ipē quoq3 de his que egit extrema
quedam fateri cogebatur.

Quodam nanq3 tp̄e hic cū in prelo longobardi oli
uam premerēt vt oleū liquari debuisset sicut iocū
dus erat ⁊ vultu ⁊ animo vtrem vacuū ad prelū
detulit laborātesq3 longobardos leto vultu salutauit vtrē
protulit ⁊ iubendo pocius q̄3 petendo eum impleri sibi dixit.
Sed gentiles viri q2 tota iam die frustra laborauerant at
q3 ab oliuis exire oleū torquendo nō poterāt vba illius mo
leste susceperunt eumq3 iniurijs insectati sunt. Quibꝰ vir
dn̄i letiori adhuc vultu respondit dicēs. Sic p me orētis si
istum vtrem sanctulo impletis ⁊ sic a vobis reuertit. Cum
q3 illis ex oliuis oleū defluere nō cernerent ⁊ virū dei adim
plendum vtrem sibi insistere viderēt vehementer accensi
maioribus hūc verbor̄ cōtumelijs detestari ceperūt. Vir
aūt dei vidēs q̊d exemplo oleū nullomodo exiret aquā sibi
dare petijt quā cunctis videntibꝰ benedixit atq3 in prelum
suis manibꝰ iactauit. Ex q̄ protinus benedictiōe tanta vber
tas olei erupit. vt longobardi q̊ prius diu incassum labo
rauerant nō solū sua vascula omia Sed vtrem quoq3 quē
vir dei detulerat implentes. gratias agerent q2 is q̊ oleum
petere venerat benedicendo dedit q̊d postulabat.

Alio q̊3 tp̄e vehemens incubuerat fames. et beati
laurencij martiris ecclesia fuerat a longobardis in
censa. Quam vir dei restaurare cupiens artifices
multos ac plures subministrantes operarios adhibuit. q̊
bus necesse erat vt quotidiam sumptus laborantibus sine
dilatione preberent. Sed exigēte eisdem famis necessitate
panis defuit. ceperuntq3 laborantes instāter victū quere
re quia vires ad laborem per inopiam nō haberēt Quod
vir dei audiens eos verbis consolabatur foras promitten
do quod deerat. Sed ipē grauiter anxiebatur intus exhibe
re cibum non valens quem promittebat. Cum vero huc il
lucq3 anxius pgeret. deuenit ad clibanum in q̊ vicine mu
lieres pridie panes coxerant. ibiq3 incuruatus aspexit. ne
forte panis coquentibꝰ remansisset. Tunc repente panem

mire magnitudinis atq3 insoliti candoris inuenit quē qui
dem tulit. Sed deferre artificibꝰ noluit. ne fortasse alienus
esset ⁊ culpā velut ex pietate ꝑpetraret. Per vicinas itaq3
hanc mulieres detulit eumq3 omnibus ostendit ac ne cui
earū remansisset inq̄siuit. omēs aūt q̄ pridie panē coxerāt
suum hūc esse negauerunt. atq3 panes suos numero inte-
gro se a clibano retulisse professe sunt. Tunc letus vir dn̄i
perrexit ad multos artifices cū vno pane. ⁊ vt omnipotē
ti deo gratias agerent ammonuit. ⁊ q2 eis annonam ꝓbue
rat indicauit eisq3 ad refectionem ꝓtinus inuitatis inuē-
tum panem apposuit. Quibꝰ sufficienter pleneq3 saciatis.
plura ex eo q̄3 ipse panis fuerit fragmēta collegit. Que die
q̄3 altero eis ad refectionē intulit. Sed id qd ex fragmen-
tis superat. ipsa q̄3 q̄ apposita fuerāt fragmenta supabant
factūq3 est vt p dies decem omēs illi artifices atq3 opera-
rij. ex illo vno pane saciati. hunc ⁊ quotidie ederent ⁊ ex eo
q̄dadie qd edi posset i crastinū q̄tidie supesse. ac si fragmē-
ta panis illiꝰ p esū crescerēt ⁊ cibū comedētiū ora ipoꝝ rep
arent.

Petrus.

Mira res atq3 in exemplū dominici
operis vehementer omnibus stupenda.

Gregorius.

dilectio proximi

Ipse petre multos de vno pane p seruū q ex q̄nq3
panibus q̄nq3 milia hoim saciauit p semetipsū
Qui pauca seminis grana innumera segetū fru-
menta multiplicat. Qui ipsa q3 semina ꝓducit ex terra. et
sil' omnia creauit ex nihilo. Sed ne diucius mireris qd in
virtute domini venerandꝰ vir sanctulꝰ exteriꝰ fecerit. au-
di ex v̄tute dn̄i qual' interiꝰ fuit. Die etenī q̄dam a longo
bardis captꝰ q̄dam diaconꝰ tenebat' ligatꝰ. eūq3 ipsi q te-
nuerant interficere cogitabant. Aduespera scente aūt die
vir dei sanctulꝰ ab eisdē lōgobardis pecijt vt relaxari eiq3
vita cōcedi debuisset. Qd posse se facere omnino negaue-
runt. Cunq3 morte illiꝰ deliberare eos cerneret. pecijt vt si
bi ad custodiam tradi debuisset. Cui ꝓtinꝰ responderunt
Tibi q̄dem eū ad custodiendū damꝰ. sed ea condicione in
terposita vt si iste fugerit ꝓ eo ipse moriaris. Qd vir dn̄i
libenter accipiēs ꝓdictū diaconē in sua suscepit fide. Que
nocte media cū longobardos omēs somno graui depssos

aspiceret. excitauit diaconum ⁊ ait. Surge ⁊ concitus fuge liberet te omnipotẽs deꝰ. Sed idem diaconus ꝓmissionis eiꝰ nõ immemor respondit dicẽs fugere pater nõ possum. q2 si ego fugero ꝓ me sine dubio ipse morieris. Quẽ vir domini sanctulus ad fugiendũ compulit dicens. Surge ⁊ vade te omnipotens deꝰ eripiat. Nam ego in manu eius sum tantũ in me pñt facere qñtũ ipe ꝑmiserit. Fugit itaq3 diaconꝰ ⁊ qsi deceptꝰ in medio fideiussor remansit. Facto igit̃ mane longobardi q diaconẽ ad custodiendu3 dederant venerũt. quẽ dederũt pecierũt. Sed hũc venerandus presbiter fugisse respondit. Tunc illi inquit. Scis ipse melius qd ouenit. Seruus aũt dñi constanter ait. Scio Cui dixerunt bonꝰ homo es nolumꝰ te ꝑ varios cruciatus mori. Elige tibi mortẽ quã vis. Quib9 vir dñi respõdit dicens. In manu dei sum ea morte me occidite qua me occidi ipe ꝑmiserit. Tunc omnib9 q illic aderãt lõgobardis placuit vt eũ capite trũcare debuissent qtenꝰ sine graui cruciatu vitam eiꝰ compendiosa morte terminarẽt Cognito itaq3 ꝙ sãctulꝰ q inter eos sanctitatis reuerẽtia magni honoris habebat occidendꝰ esset. omnes q in eodẽ loco inuenti sunt longobardi conuenerũt sicut sũt nimie crudelitatis leti ad spectaculũ mortis. Circunsteterũt itaq3 acies. Vir autem dñi deductꝰ in medio est. atq3 ex omnib9 viris fortibus electus est vnꝰ in dubio non esset qn vno ictu caput eiꝰ abscinderet. Venerandus igit̃ vir inter armatos deductus ad sua arma statim cucurrit. Nam peciit vt sibi paululum orandi licentia daret. Cui dum concessum fuisset in terram se strauit ⁊ orauit. Qui dum paulo diucius oraret hũc electꝰ interfector calce pulsauit vt surgeret dicẽs Surge ⁊ flexu genu tende ceruicẽ. Surrexit autẽ vir dñi genu flexit. ceruicẽ tetendit. Sed tenso collo educto otra se spatam intuens hoc vnũ fertur publice dixisse Sancte iohãnes suscipe illã. Tunc electꝰ carnifex euaginatũ gladiũ tenens annisu forti in alto brachiũ ꝑcussurꝰ leuauit sed deponere nullomõ potuit. Nam repẽte dirigit̃ ⁊ erecto in celũ gladio brachiũ inflexibile remãsit. Tũc omnis longobardo2 turba q ad illud mortis spectaculũ aderat in laudis fauo-

tem conuersa mirari cepit. virūqȝ dei cū timore venerari·
q2 profecto claruerat cuius sanctitatis esset· q̄ carnificis sui
brachium in aere ligasset· Itaqȝ postulatus vt brachiū sui
carnificis sanaret negauit dicēs· Ego pro eo nullo mō ora
bo nisi ante mihi iuramentū dederit· q2 cū ista manu cristi-
anum hominē nō occidat. Sed longobardus isdem q̄ vt
ita dicam brachiū ɔtra deum tendendo pdiderat pena sua
exigente compulsus est iurare se cristianū hominē nunq̄ȝ
occidere· Tunc vir dn̄i pcepit dicens· Depone manū deor
sum. Qui statim deposuit· Atqȝ illico adiunxit· Remitte
gladium in vaginam. Et statim remisit. Omēs ergo tan
te virtutis hominē cognoscentes boues ⁊ iumēta que de-
predati fuerant certatim ei offerre in munere volebāt. Sȝ
vir dn̄i tale munus suscipe renuit. munus aūt bone merce
dis q̄siuit dicens· Si mihi aliq̄d vultis concedere omnes
captiuos q̄s habetis mihi tribuite vt habeam vnde ꝓ vo-
bis debeam orare· Factūqȝ est vt omnes captiui cū eo di-
missi sunt atqȝ superna gratia disponente cū se vnus ꝓ vno
morti obtulit multos a morte liberauit· Petrus.

Mira res ⁊ q̄ȝuis hanc ab alijs ⁊ ipse cognouerim vere
tamen fateor· quia mihi quotiens narratur innouat̄.

Gregorius.

Nil in hac re in sanctulo mire-
ris sed pensa si potes q̄s ille spiritus fuerit q̄ eius
tam simplicem mentē tenuit· atqȝ in tanto virtu
tis culmine erexit· Vbi enim eius animus fuit quando mo
ri pro proximo tam constanter decreuit et pro temporali
vita fratris vnius suam despexit atqȝ sub gladio ceruicē
tetendit· Que ergo vis amoris illud cor tenuit qꝫ mortē
suam pro vnius salute proximi non expauit Scimus certe
q2 idem venerabilis vir sanctulus ip̄a q̄ȝ elemēta litterarū
bene nō nouerat legis pcepta nesciebat· Sed q2 plenitudo
legis est caritas legē totam in dei ac ꝓximi dilectione serua-
uit ⁊ q̄d foris in cognitione nō nouerat ei intus viuebat
in amore. Et qui nunq̄ȝ fortasse legerat q̄d de redempto-
re nostro Iohannes apostolus dixit quoqȝ sicut ille ꝓ nobis

Caritas in corde simplici

animam suam posuit sic ⁊ nos debemus pro fratribꝫ ani-
mas ponere· tam sublime apostolicū ꝑceptū faciendo ma
gis q̄ȝ sciendo nouerat. Comparemus si placet cū hac no-
stra indocta scientia illiꝰ doctam ignorantiaȝ. Vbi hec no
stra iacet ibi illius disciplina eminet· Nos de v̉tutibꝫ va-
cui loq̇mur· ⁊ q̄si inter fructifera arbusta positi odoramus
poma· nec manducamus. Ille v̉tutum fructus carpe noue
rat q̄ȝuis hos in v̉bis odorari nesciebat· ¶ Petrus·

Quid nam q̄so te esse existimas ꝙ boni quiqȝ subtra-
huntur· ⁊ q̇ viuere ad edificationē multoꝝ poterant
aut penitꝰ inueniri neq̄unt· aut certe iam omnimodo ra-
rescunt· ¶ Gregorius·

bonū ex malo

Malicia remanentium meretur vt hij q̇ ꝓdesse po
terant. festine subtrahant̄ ⁊ cum mundi finis ap
propinquat electi tollunt̄. ne deteriora videant·
Hinc etenī propheta ait· iustus perit ⁊ nemo est q̇ recogi
tet in corde suo ⁊ viri misericordie colligent̄. q2 nō est q̇ in
telligat· Hinc rursus scriptū est· Aperite vt exeant q̇ con
culcent eam. tollite de via lapides. Hinc salomon ait· tem
pus mittendi lapides ⁊ tempꝰ colligendi. Quo igit̄ finis
mundi vrget. eo necesse est vt viui lapides ad edificiuȝ ce
leste colligant̄· q̄tenꝰ hierusalē nostra in mensurā sue con-
structionis excrescat. Nec tn̄ ita oēs electos subtrahi cre-
dimus· vt soli in mūdo peccatores remaneāt· q2 nunq̄ȝ pecca-
tores ad lamentū penitentie redirent. si nulla essent bonoꝝ
exempla. que eoꝝ mentem traherent. ¶ Petrus·

Incassum subtrahi bonos quero q̄ȝ perire catervatim
⁊ malos video· ¶ Gregorius·

Ira dei

Hac de re nihil petre mireris· Nam redemptū fe-
rentine epm̄ vite venerabilis virū q̇ an̄ hos fere
annos· vij· ex hoc mūdo migrauit tua dilectio co-
gnitū habuit· Hic sicut mihi adhuc in monasterio prope
posito valde familiariter iūgebatur hoc qđ iohānis iuni
oris ꝑdecessoris mei tp̄e de mundi fine cognouerat sic lon-
ge lateqȝ claruerat a me req̇situs mihi ip̄e narrabat· Aie-
bat nanqȝ q2 q̇dā die dū ꝑrochias suas ex more circuiret
ꝑuenit ad ecclesiā beati Euticij martiris· Aduesperascēte

autez die stratū sibi fieri iuxta sepulcrum martiris voluit atqȝ ibi post laborem quieuit ⁊ nocte media vt asserebat nec ꝑfecte vigilare poterat nec dormiebat sed depssus vt solet grauabatur quodā pondere vigilās anim⁹ atqȝ ante eū isdem beat⁹ martir. Euticius astitit dicēs. Redempte vigilas. Cui respondit vigilo. Qui ait. Finis venit vniuerse carnis. finis venit vniuse carnis. finis venit vniuse carnis. Postq̄ȝ trinam vocem visio martiris cū omnipotētis dei gratia q̄ mentis ei⁹ oculis apparebat euanuit. Tunc vir domini surrexit seqȝ in orōnis lamentū dedit. Mox em̄ illa terribilia in celuȝ signa secuta sunt vt haste atqȝ acies ignee ab aquilonis pte viderent̄. Mox effera longobardorum gens de vagina sue habitationis educta in nr̄am ceruicem grassata est atqȝ humanū gen⁹ q̄d in hac terra ꝓ nimia multitudine q̄si spisse segetis more surrexerat succisū aruit. Nam depopulate vrbes ⁊ euersa castra concremate ecclesie destructe sunt monasteria viroꝝ ac feminaꝝ desolata ab hominib⁹ predia atqȝ ab omni cultu destituta in solitudine vacat terra. Nullus hanc possessor inhabitat occupauerūt bestie loca q̄ prius multitudo hoīm tenebat. Et q̄d in alijs mundi ptibus agat ignoro nam in hac terra i qua nos viuim⁹ finē suū mund⁹ iam non nunciat ꝫ ostendit tanto ergo nos necesse est instanci⁹ eterna q̄rere q̄nto a nobis cognoscim⁹ velociter temporalia fugisse. Despiciendus a nobis hic mund⁹ fuerat etiā sibi blandiret̄ si reb⁹ prosperis demulceret animum. At postq̄ȝ tot flagellis ꝓmitur tanta aduersitate fatigatur tot nobis quotidie dolores ingeminat quid nobis aliud q̄ȝ ne diligatur clamat. Multa autem fuerant que adhuc de electorum factis narrare debuissem sed hec silencio subprimo. quia ad alia festino.

Petrus.

Quia multos intra sancte ecclesie gremio constitutos de vita anime post mortem carnis ꝑpendo dubitare. Unde q̄so vt debeas vel qua ex ratione poscit agnosci vel si qua aniaꝝ exempla anio occurrūt pro multoꝝ edificatione dicere vt hi qui suspicantur discant cum carne animam non finiri.

Gregorius.

Laboriosum valde hoc opus est et maxime occupato animo atq3 ad alia tendenti. Sed si sunt qbus prodesse valeat voluntatē meā procul dubio postpono vtilitati proximorum et inquantum deo largiente valuero que anima per carnē iuuat subsequēti hoc quarto volumīe demonstrabo.

Postq3 de paradisi gaudijs culpa exigēte expulsus est primus humani generis parens. In huius cecitatis atq3 exilij quā patimur venit erūpnam. quia peccando extra semetipm fusus. iam illa celestis patrie gaudia q̄ prius cōtemplabat̄ videre nō potuit. In paradiso quippe assueuerat homo verbis dei perfrui beatorum angelorum spiritibus cordis mūdicia. et celsitudinis visione interesse. Sed postq3 huc cecidit ab illo q̄ implebat̄ mentis lumie recessit. Ex cuius videlic3 carne nos in huius exilij cecitate nati audimus quidem celestē esse patriā audimus eius ciues angelos dei. audimus eorūdē angelorum socios. spūs iustorum perfectorum. Sed carnales q3 illa inuisibilia scire nō valent per experimentū. dubitāt vtrū ne sit quod corporalibus oculis non vident. Que nimirū dubietas in primo parente nostro esse nō potuit. quia exclusus a paradisi gaudijs hoc quod amiserat q̄ viderat recolebat. Hij aūt sentire vel recolere audita nō possunt. quia eorum nullum sicut ille saltim de preterito experimentū tenent at si enim pregnans mulier mittatur in carcerē ibiq3 pariat puerū q̄ natus puer in carcere nutriat̄ et crescat. cui si fortasse mater q̄ bene genuit solem lunam. stellas. montes et campos. volantes aues. currentes equos nominet. ille vero q̄ est in carcere natus et nutritus nihil aliud q̄3 tenebras carceris sciat et hec quidem esse audiat sed quia per experimentum nō nouit veraciter esse diffidat ita in hac exilij sui cecitate nati hoies dū esse sūma et inuisibilia audiūt diffidūt an vera sint quia sola hec infima in quibus nati sunt visibilia nouerūt. Vnde factū est vt ipse visibilium et inuisibiliū creator ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret et sctm spūm ad corda nostra mitteret q̄tenus per eū viuificati crederemus q̄ adhuc scire

Vite future experimentum

per experimentum nō possumus q̄d q̄d ergo hunc spiritū hereditatis nostre pign⁹ accepim⁹ de vita inuisibiliū nō dubitamus. Quisq̄s aūt in hac credulitate adhuc solid⁹ non est debet p̄cul dubio maiorū dictis fidē p̄bere eisq; iam p̄ spiritū sanctū inuisibiliū expimentū habentibus credere q; ꝛ stultus est puer si matrem ideo estimet de luce mentiri q; ipē nihil aliud q̄z tenebras carceris agnouit. Petr⁹.

Placet valde q̄d dicis. Sed q̄ esse inuisibilia nō credit p̄fecto infidelis est Qui vero infidelis est in eo q̄d dubitat fidem nō q̄rit sed rationem. Gregorius.

Audienter dico q; sine fide neq; infidel' viuit. Nā si ab infideli p̄cunctari voluero quē patrē vl' quā matrem habuerit. p̄tinus respondebit illū atq; illam. Quem si statim req̄ram vtrum nouerit qñ cōceptus sit vel viderit qñ natus. nihil hor; se vel nosse vel vidisse fatebitur ꝛ tñ q̄d non vidit credit. Nam illū patrem illā q; se habuisse matrem absq; dubitatione testabitur.

Fateor quia nuncusq; nesciui q; infideles haberet fidem. Petrus. Gregorius.

Habent etiā infideles fidē. sed vtinā in deū. Quā si vtiq; haberēt infideles nō essent. Sz hinc in sua p̄fidia redarguendi sūt. hinc ad fidei grām p̄uocandi. q; si de ipō suo visibili corp̄e credūt q̄d minime viderūt cur inuisibilia nō credūt q̄ corp̄aliter videre nō possunt. Nam q; post mortē carnis viuat anima patet ratio sed fidei admixta. Tres q̄ppe vitales spirit⁹ creauit omnipotens de⁹. Vnū q̄ carne nō tegit. Aliū q̄ carne tegit sed nō cū carne moritur. Terciū q̄ carne tegit ꝛ cū carne morit. Spiritus nanq; est q̄ carne nō tegit angelor;. Spirit⁹ qui carne tegit sed cū carne nō morit hoim. Spirit⁹ q̄ carne tegit ꝛ cū carne morit iumētor; oimq; brutor; aīaliū. Homo itaq; sic ī medio creat⁹ ē vt eēt inferior āglo supior iumēto. ita aliq̄d hēt cōe cū sūmo aliquid commune cum infimo immortalitatē scilicet spirit⁹ cū angelo. mortalitatez vero carnis cū iumēto q̄usq; ꝛ ipam mortalitatez carnis gloria resurrectiōis absorbeat. ꝛ inherēdo spiritui caro seruetur imp̄petuū. q; ꝛ ipē spūs inherēdo heret in deū. Que

tamen caro nec in reprobis inter supplicia pfecte deficit qr semp deficiendo subsistit. vt q spiritu et carne peccauerunt semper essencialiter viuentes et carne et spiritu sine fine mo riantur.

Petrus.

Rationi fidelium placet cuncta q dicis. Sed queso te dum spiritus hominu atq iumentorum tanta distinctione discernas. qd est qd salomon ait. dixi in corde meo de filijs hominu vt pbaret eos deus et ostederet similes esse bestijs idcirco vnus interitus est hominis et iumentorum et equa vtriusq condicio. Qui adhuc eande sententia suam subtiliter exequens adiugit. Sicut moritur homo. sic et illa moriuntur. Similiter spirant omnia et nihil habet homo iumentis amplius. Quibus adhuc vbis generalem diffinitionem subinfert dices. Cuncta subiacent vanitati et omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt et in terram pariter reuertuntur.

Gregorius.

Salomonis liber in q hec scripta sunt ecclesiastes appellatus est. ecclesiastes aut proprie concionator dicitur. in concione vero sententia pmittitur p quam tumultuosa turbe seditio comprimatur. et cu multi diusa sentiunt. p concionantis ratione ad vna sententia pducuntur. Hic igitur liber idcirco concionator dicitur. qr salomon in eo quasi tumultuantis turbe suscepit sensum. vt ea p inquisitionem dicat. que fortasse p temptionem imperita mens sentiat. Nam qt sententias qsi p inqsitione mouet. qsi tot in se psonas diuisorum suscipit. Sed concionator verax velut extensa manu omniu tumultus sedat. eosq ad vna sententiam reuocat. cu in eiusde libri termino ait. Fine loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius obserua. Hoc est eni omnis homo Si eni in libro eode p locutionem sua multorum psonas non susceperat cur ad audiendum loquendi finem secu pariter omnes admonebat. Qui igitur in fine libri dicit. omes pariter audiamus. ipe sibi testis est. qr in se multorum psonas suscipiens quasi solus locutus non est. Vnde et alia sunt que in libro eodem per inquisitionem mouentur atq alia p rationem satisfaciunt. alia que ex temptantis pfert animo atq adhuc huius mudi delecta-

Vita aie post mortem

tionibus dediti. alia vero in quibus ea que rationis sunt dis
secat atqz animu͂ a delectatione compescat. Ibi nanqz ait
hoc itaqz mihi visum est bonum vt comedat quis et bibat
et fruatur leticia ex labore suo. et longe inferius subiu͂git. Me
lius est ire ad domu͂ luctus q̃z ad domu͂ conuiuij. Si enim
bonu͂ est manducare et bibere. melius fuisse videbatur ad do
mum conuiuij pgere q̃z ad domu͂ luctus. Ex q̃ re ostendit
quia illud ex infirmantiu͂ psona intulit. hoc vero ex ratio͂is
diffinitione subiunxit. Na͂ ipsas ptinus ro͂is ca͂s edisserit
et illius luctus q̃ sit vtilitas ostendit dicens. In illa enim fi
nis cunctorum admonetur ho͂im et viue͂s homo cogitat quid
futurus sit. Rursum illic scriptu͂ est. letare iuuenis in ado
lescentia tua. et paulo post subdit. Adolescentia enim et volu
ptas vana sunt. Qui du͂ hoc postmodu͂ vanu͂ esse redar
guit quod prius monuisse videbatur patenter indicat. quia illa q̃
si ex desiderio carnali verba intulit hec vero ex iudicio ve
ritatis subiunxit. Sicut ergo delectatio͂z prius carnaliu͂ expri
mens curis postpositis denunciat bonu͂ esse manducare et
bibere quod tamen postmodu͂ ex iudicij ratione rephendit cu͂ esse
melius dicit ire ad domu͂ luctus q̃z ad domu͂ conuiuij et si
cut letari debere iuuenem in adolescentia sua quasi ex delibera
tione carnaliu͂ proponit et tamen postmodum p diffinitionem
sententie adolescentiam et voluptatem vana esse redarguit
ita etia͂ concionator noster velut ex mente infirmantiu͂ hu
mane suspitionis sententie proponit du͂ dicit. Vnus inte
ritus est hominis et iumentorum et equa vtriusqz est conditio.
Sic moritur homo sicut et illa moriuntur. Similiter spirant
omnia et nihil habet homo iume͂tis amplius. Qui tamen ex dif
finitione rationis sua͂ postmodu͂ sententia͂ profert dicens
Quid habet amplius sapiens stulto et quid pauper nisi vt per
gat illuc vbi est vita. Qui igitur dixit nil habet homo iume͂
tis amplius ipse rursum diffiniuit. quia habet aliquid sapie͂s
non solum amplius a iumento sed etia͂ ab homine stulto vi
delicet vt pgat illuc vbi est vita. Quibus verbis primum
indicat. quia hic hominum vita non est qua͂ esse alibi testatur
Habet ergo hoc homo amplius iume͂tis. quia illa post mor
tem non viuunt hic vero tunc viuere inchoat cu͂ p mortem

carnis hanc visibilem vitam consumat. Qui etiam longe inferius dicit. Quodcunque potest manus tua facere instanter operare. quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. Quomodo ergo vnus interitus est hominis et iumenti et equa vtriusque conditio aut quomodo nil habet homo iumentis amplius cum iumenta post mortem carnis non viuunt hominum vero spiritus pro malis suis operibus post mortem carnis ad inferos deducti nec in ipsa morte moriuntur. Sed in vtraque tam dispari sententia demonstratur quia concionator verax est et illud ex temptatione carnali intulit et hoc postmodum ex spirituali veritate diffiniuit. ¶ Petrus.

Libet nescisse quod requisiui dum me in tanta subtilitate contigit discere quod nesciui. Sed queso te vt me equanimiter feras si ipse quoque apud te more ecclesiastes nostri infirmantium in me personam suscepero vt eisdem infirmantibus prodesse propinquius quasi pro eorum inquisitione possim. ¶ Gregorius.

Cur condescendentem te infirmitati proximorum equanimiter non feram cum paulus dicat omnibus omnia factus sum vt omnes facerem saluos. Quod ipse quoque dum ex condescensione caritatis egeris in hac re amplius venerari debes in qua morem egregij predicatoris imitaris. ¶ Petrus.

Quodam fratre moriente presentem fuisse me contigit. Qui repente dum loqueretur vitalem emisit flatum et quem prius mecum loquentem videbam subito extinctum vidi. Sed eius anima vtrum egressa sit an non. non vidi et valde durum videtur vt credatur res esse quam nullus valeat videre. ¶ Gregorius.

Quid mirum petre si egredientem animam non vidisti quam et manentem in corpore non vides. Nunquid nam modo cum mecum loqueris. quia videre in me non vales animam meam. idcirco me esse exanimem credis. Natura quippe anime inuisibilis est atque ita ex corpore inuisibiliter egreditur. sicut in corpore inuisibiliter manet. ¶ Petrus.

SEd vitam anime in corpe manētis pensare possum ex ipsis motibꝫ corporis. qꝛ nisi corpi anīa adesset eiusdem membra corporis moueri nō possent. vitam vero anīe post carnem in q̄bus motibꝫ quibusue opibus vtaꝛ̄ dicas vt ex rebꝫ visis esse colligo qđ videre non possum.

¶Gregorius.

NOn q̄dem similiter sed dissimiliter dico qꝛ sicut vis anime viuificat ꝛ mouet corpus. sic vis diuina implet q̄ creauit omnia ꝛ alia inspirando viuificat. aliis tribuit vt viuant. aliis vero hoc solūmodo prestat vt sint. Quia vero esse nō dubitas creantem ꝛ regentem implentē ꝛ circūplectentem transcendētem ꝛ sustinentē in circūscriptū atqꝫ inuisibilem deum ita dubitare non debes hunc inuisibilia obsequia habere. Debent q̄ppe ea q̄ ministrant ad eiꝰ similitudinē tendere cui ministrant. vt q̄ inuisibili seruiūt esse inuisibilia nō dubitentur. Hec aūt q̄ esse credimꝰ nisi sanctos angelos ꝛ spiritus iustoꝝ. sicut ergo motū ꝯsiderans corporis vitam anime manentis in corpe ꝑpendis animo ita vitā anime exeūtis a corpe ꝑpendere debes a sūmo. qꝛ potest inuisibiliter viuere quā oportet in obsequio inuisibilis conditoris manere.

¶Petrus.

REcte totum dicit̄. sed mens refugit credere quod corporeis oculis non valet videre.

¶Gregorius.

CVm paulus dicat. est enim fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentum in hoc veraciter dicitur credi quod non valet videri. Nam credi iam non potest quod videri potest. Vt tamen te breuiter reducam ad te. nulla visibilia nisi ꝑ inuisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporea oculꝰ tui corporis aspicit nec tn̄ ipse corporeus oculꝰ aliq̄d corporeum videret nisi hunc res incorporea ad videndū acueret. Naꝫ tolle mentem q̄ non videtur ꝛ incassum patet oculus q̄ videbat. Subtrahe animam corpi remanēt ꝓculdubio oculi in corpore aperti. Si igit̄ ꝑ se videbāt cur discedente anima nihil vident. Hinc ergo collige quia ipa quoqꝫ visibilia non nisi ꝑ inuisibilia videntur. Ponamus quoqꝫ ante oculos mentis edificari domū immensas molas leuari pen

dere magnas in machinis columpnas. quis queso te hoc opus operatur corpus visibile quod illas moles manibus trahit. an inuisibilis anima que viuificat corpus tolle enim quod non videtur. In corpore mox immobilia remanent cuncta que moueri videbantur visibilia corpora metallorum. Qua ex re pensandum est. quia in hoc quoque mundo visibile nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest. Nam sicut omnipotens deus aspirando vel implendo ea que ratione subsistunt et viuificat et mouet inuisibilia. ita ipsa quoque inuisibilia implendo mouent atque sensificant carnalia corpora que videntur. Petrus.

ISTis fateor allegationibus libenter victus prope nullam iam esse habet visibilia existimare compellor que prius in me infirmantium personam suscipiens de inuisibilibus dubitabam. Itaque placent cuncta que dicis. sed tamen sicut vitam anime in corpore manentis ex motu corporis agnosco. ita vitam anime post corpus apertis quibusdam rebus attestantibus cognoscere cupio. Gregorius.

HAc in re si cor paratum tue dilectionis inuenio in allegatione minime laboro. Nunquid nam sancti pauli et martires christi presentem vitam despicerent et in mortem carnis animas ponerent nisi certiorem animarum vitam subsequi scirent. Tu vero ipse inquiens quia vitam anime in corpore manentis ex motibus corporis agnoscis et ecce hi qui animas in morte posuerunt atque animarum vitam post mortem carnis esse crediderunt. quotidianis miraculis choruscant. Ad extincta namque eorum corpora viuentes egri veniunt et sanantur. periuri veniunt et demonio vexantur. demoniaci veniunt et liberantur. leprosi veniunt et mundantur. deferuntur mortui et suscitantur. Pensa itaque eorum anime qualiter viuunt illic vbi viuunt. quorum hic et mortua corpora in tot miraculis viuunt. Si igitur vitam anime permanentis in corpore deprehendis ex motu membrorum. cur non perpendis vitam anime post corpus etiam per ossa mortua in virtute miraculorum. Petrus.

NVlla vt opinor huic allegationi ratio obsistit in qua ex rebus visibilibus cogimur credere quod non videmus. Gregorius.

Aie cognito a corpe exute

mundi hommes mentis oculo ... aias vident

Paulo supius questus es morientis cuiusdã egre dientem te animã nõ vidisse. sed hoc ipm iã cul pe fuit. qd corporeis ocul' rem videre inuisibilez quesisti. Nam multi nostro mẽtis oculo fide pura & vberi oratione mundantes egredientes e carne animas frequenter vident. Vnde nunc mihi necesse est vel qualiter egredientes anime vise sint. vel quanta ipse dum egrederentur viderent enarrare quatenus fluctuanti animo qd plene ratio non valet exempla suadent. In scdo nanqz huius opis libro iam pfatus sum q vir venerabilis benedictus sicut a fidelibꝰ eius discipulis audiui longe a Capuana vrbe posit9. Germani eiusdem vrbis epi aniam nocte media i globo igneo ad celũ ferri ab angelis aspexit. Qui eandem qz ascendentẽ animã intuens mentis laxato sinu q si sub vno solis radio. cunctum in suis oculis collectũ mũdum vidit.

De eodem

Hisdem qz discipulis illius narrantibꝰ didici quia duo nobiles viri atqz exterioribꝰ studijs eruditi germani fratres quorum vn9 speciosus. alter vero gregorius dicebat eius se regule in sancta conuersatione tradiderũt. Quos isdem pater in monasterio qd iuxta terram cinensem vrbem construxerat fecit habitare. Qui multas qdem pecunias in hoc mũdo possederãt. sed cũcta pauperibus p aniarum suarum redemptione largiti sunt. & in eodem monasterio pmanserunt. Quorum vn9 scilicet speciosus dũ pro vtilitate monasterij iuxta Capuanã vrbem missus fuisset die qdam frater eius gregorius cũ fratribꝰ ad mensã sedens atqz conuescens p spiritũ subleuat9 aspexit & vidit speciosi germani sui animam tam longe a se positi de corpore exire. quod mox fratribus indicauit & cucurrit iamqz eundem fratrem suum sepultum reperit quem tamẽ ea hora qua viderat exisse de corpore inuenit.

De eodem

Quidam religiosus atqz fidelissimus vir adhuc mihi in monasterio posito narrauit. q aliq de Sycilie partibꝰ nauigio romam petentes in mari medio positi cuiusdam serui dei qui in Samnio fuerat inclusus ad celum ferri animaz viderunt. Qui descendentes ad

certam causamq; an ita esset acta pscrutantes illo die in-
uenerunt obijsse dei famulũ q̃ eum ad celestia regna ascen-
disse cognouerũt. Adhuc in monasterio meo posit9 cu-
iusdam valde venerabilis viri relatione cognoui qđ dico
Aiebat em̃ q2 venerabil' pater noĩe spes monasteriũ con-
struxit in loco. Cui vocabulũ completũ est q̃ sexti ferme mi
liarij interiacente spacio a vetusta nursie vrbe disiungitur
Hunc omnipotẽs 7 misericors de9 ab eterno verbere fla-
gellando ptexit. eiq; dispensationis sue maximã 7 seueri-
tatem seruat 7 grãm q̃ntũ eũ pri9 flagellando diligeret p9
modũ pfecte sanando monstrauit. Eius nãq; oculos p q̃-
draginta annoꝝ spaciũ continue cecitatis tenebris pressit
Nullũ ei lumẽ vel extreme visionis apiens. Sed q2 nemo
in verbere illi9 gratia destituente subsistit. Et nisi isde; mi-
sericors pater q̃ penã irrogat. pacientiã prestet. mox p im
pacientiam peccatũ nobis ip̃a auget correptio peccatorũ.
fitq; modo miserabili vt culpa nostra vnde sperare debuit
terminũ inde sumat augmentũ. Idcirco nostra de9 ifirma
conspiciens flagellis suis custodiã pmiscet atq; in pcussi-
one sua electis filijs nũc misericorditer iust9 est vt sint qb9
postea debeat iuste misereri. Vnde venerabilẽ senem dũ ex-
terioribus tenebris premeret interna nunq̃; luce destituit.
Qui cũ flagello fatigaretᷣ corpis hẽbat p sancti spũs cu-
stodiã ꝯsolationẽ cordis. Cũ vero iã ãni q̃dragesimi fuis-
set in cecitate temp9 expletũ ei dñs lumen reddidit 7 vici
num suũ obitũ denũciauit atq; vt monasterijs circũqua-
q; constructis verbũ vite pdicaret admonuit q̃tenus cor
poris recepto lumine visitatis in circuitu fratrib9 cordis lu
men apiret. Qui statim iussis obtemperãs fratrum ceno
bia circuiuit mandata vite q̃ agendo didicerat predicauit
Quintodecimo igitᷣ die ad monasteriũ suũ pacta pdica-
tione reuersus est ibiq; fratrib9 conuocatis astans in me-
dio sacramentũ dñici corpis 7 sanguinis sumpsit. moxq;
cũ eis misticos psalmoꝝ cant9 exorsus est. Qui illis psallẽ
tibus orationi intent9 animam reddidit. Omnes vero fra-
tres qui aderant ex ore eius exisse colũbam viderũt q̃ mox
aperto tecto oratorij egressa aspicientibus fratribus pene-

trauit celum. Cui⁹ idcirco animā in columbe specie appa-
ruisse credendū est. vt omīpotēs de⁹ ex hac ipa specie ostē
deret. q̄z simplici corde ei vir ille seruisset.

SEd neq̄z hoc sileam qd vir venerabil' abbas ste-
phanus q̄ non longe ante hoc in hac vrbe defun-
ctus est. quē ipe etiā bene nosti in eadē prouincia
nursie contigisse referebat. Aiebat em̄ q̄ illic prespiter q̄-
dam cōmissam sibi cū magno timore dn̄i regebat ecclesiā
Qui ex tp̄e ordinationis accepte prespiteram suā vt soro
rem diligens. sed q̄si hostē cauens adesse propi⁹ accedere
nunq̄z sinebat. eamq̄z sibimet propinq̄re nulla occasiōe p-
mittens ab ea sibi cōmunionē fundit⁹ familiaritatis absci
derat. Habent quippe sancti viri hoc propriū. nā vt semp
ab illicitis longe sint a se plerūq̄z etiā licita abscidūt. Vn̄
isdem vir ne vnq̄z p eā incurreret culpā sibi etiā ministra
ri p illam recusabat necessaria. Hic ergo venerabil' prespi
ter cū longam vite implesset etatem anno q̄dragesimo or
dinationis sue in ardescente grauiter febre corrept⁹ ad ex
trema deduct⁹ est. Sed cū eum prespitera sua conspiceret
solutis iam membris q̄si in mortē distensū. si qd adhuc ei
vitale spiramē adesset naribꝰ ei⁹ apposita curauit aure di-
noscere. Qd ille sentiens cui tenuissim⁹ inerat flat⁹ quan-
tulo ad nisū valuit vt loq̄ potuisset in feruescente spiritu
collegit vocem atq̄z erupit dicēs. Recede a me mulier ad-
huc igniculus viuit paleā tolle. Illa igit' recedēte crescen
te virtute corporis cum magna cepit leticia clamare dicens
Bene veniāt dn̄i mei bene veniāt dn̄i mei. Quid ad tan
tillum seruulū estis dignati conuenire. Venio venio gra
tias ago gratias ago. Cunq̄z hoc iterata crebro voce repe
teret q̄bus hoc diceret noti sui q̄ illum circumsteterant re-
quirebant. Quibꝰ ille admirando respondit dicēs. Nun-
quid conuenisse hic sanctos aplos nō videtis beatum petrū
⁊ paulum p̄mos apostolorum non aspicitis. Ad q̄s iterū
cōuersus dicebat. Ecce venio. ecce venio. Ad q̄ inter hec
verba animā reddidit. Et q̄r veraciter sanctos aplos vi
deret eos etiā seq̄ndo testat⁹ est. Qd plerūq̄z contigit iustis
vt in morte sua scōꝝ p̄cedentiū visiones aspiciāt ne ipaꝫ

mortis sue penalem sententiam pertimescant. sed dum eorum menti internorum ciuium societas ostenditur a carnis sue copula sine doloris et formidinis fatigatione soluantur.

Quia de te neque hoc sileam quod probus omnipotentis dei famulus qui nunc in hac urbe monasterio presto est quod appellatur renati de probo patruo suo reatine ciuitatis episcopo mihi narrare consueuit dicens. quia propinquante uite eius termino cum grauissima depressit egritudo Cuius pater nomine maximus pueris circumquaque transmissis colligere medicos studuit. si fortasse eius molestie subuenire potuisset Sed congregati ex vicinis locis vndique medici ad tactum vene denunciauerunt eius exitum citius affuturum Sed cum iam tempus refectionis incumberet atque diei hora tardior excreuisset venerandus episcopus de illorum potius quam de sua salute sollicitus eos qui aderant admonuit cum sene patre in superioris episcopij sui partes ascendere seque post laborem reficiendo reparare. Omnes igitur ascenderunt domum vnus ei tantummodo puulus relictus est puer quem nunc quoque predictus probus asserit superesse. Qui dum lecto iacentis assisteret subito aspexit intrantes ad virum dei quosdam viros stolis candidis amictos qui eundem quoque candorem vestium vultuum suorum luce vincebant. Qua splendoris eorum claritate percussus qui nam illi essent emissa cepit voce clamare. Qua voce etiam probus episcopus commotus intrantes eos aspexit et agnouit atque eundem stridentem vagitanteque puerum consolari cepit dicens. Noli timere quia ad me sanctus iuuenalis et sanctus eleutherius martires venerunt. Ille autem tante visionis nouitatem non ferens cursu concito extra fores fugit atque eos quos viderat patri ac medicis nunciauit. Qui concite descenderunt et egrum quem relinquerant iam defunctum inuenerunt. quia illi eum secum tulerant quorum visionem puer ferre non potuit qui ibi remansit.

Interea neque silendum arbitror quod mihi personarum grauium atque fidelium est relatione compertum. Gothorum namque temporibus galla huius vrbis nobilissima simachi ac patricij filia intra adolescentie tempora marito tradita in vnius anni spacio eius est morte viduata Quam dum feruente mundi copia ad iterandum thalamum et opes et etas vocarent

rent elegit magis spiritalibus nupcijs copulari deo in qui
bus a luctu incipit sed ad gaudia eterna peruenit quam carna
libus nupcijs subijci que a leticia semper incipiunt et ad finem cum
luctu tendant. Huic autem cum valde ignea conspersio corporis in
esset ceperunt medici dicere. quia nisi ad amplexus viriles re-
diret calore nimio contra naturam barbas esset habitura quod
itaque postea factum est. Sed sancta mulier nihil exterius deformita-
tis timuit. que interius sponsi celestis speciem amauit. Nec ve
rita est. si hoc in illa fedaretur quod a celesti sponso in ea non
amaretur. Mox ergo vt eius maritus defunctus est. abiecto secu-
lari habitu ad omnipotentis dei seruicium se apud beati pe-
tri apostoli ecclesiam monasterio tradidit ibique multis an
nis simplicitati cordis atque orationi dedita. larga indigenti
bus elemosinarum opera impendit. Cumque omnipotens deus
perhennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset. can
cri vlcere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante le-
ctum eius duo candelabra lucere consueuerant. quia videlicet
amica lucis non solum spiritales sed etiam corporales tenebras
odio habebat. Que dum nocte quadam ex hac eadem iaceret in-
firmitate fatigata. vidit beatum petrum apostolum inter vtraque
candelabra ante suum lectum constitisse. Nec perterrita timuit
sed ex amore sumens audaciam exultauit eique dixit. Quid est
domine meus. dimissa sunt mihi peccata mea. Cui ille benignis
sime vt est vultus inclinato capite annuit dicens. dimissa
veni. Sed quia quandam sanctimonialem feminam in eo-
dem monasterio pre ceteris diligebat. illico galla subiun-
xit. Rogo vt soror benedicta mecum veniat. Cui ille respon
dit. non. sed illa talis veniat tecum. hec vero quam petis die
te erit tricesimo secutura. His igitur expletis visio aposto-
li assistentis et colloquentis ei ablata est. At illa protinus cun-
cte congregationis asciuit matrem eique quod viderit quid
ve audierit indicauit. Tercio autem die cum ea que iussa fu
erat sorore defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat
die est Tricesimo subsecuta. Quod factum nunc usque in
eodem monasterio manet memorabile sicque hoc a precedenti
bus matribus traditum. narrare illic solent subtiliter iu-
niores que nunc sunt sanctimoniales virgines ac si illo in

tempore huic tam grandi miraculo ⁊ ipe affuissent. Sed inter hec sciendū est q̄ sepe aīabus exeuntibꝫ electorꝝ dulces solent laudes celestes erumpere vt dū illā libenter audiunt dissolutionē carnis ab anima sentire minime pmittantur. Vnde in omelijs q̄ꝫ euangelij iam narrasse me memini qd̄ in ea porticu q̄ euntibꝫ ad ecclesiam beati clemētis est puia. fuit q̄dam seruulꝰ noīe cuiꝰ te q̄ꝫ nō ambigo meminisse. Qui q̄dem paup rebꝫ ſꝫ meritis diues erat. quem longa egritudo dissoluerat. Nam ex q̄ illū scire potuimus vsqꝫ ad finem vite paraliticꝰ iacebat. Quid dicā q̄ stare non poterat q̄ nunq̄ꝫ in lecto surgere vel ad sedendū valebat. Nūq̄ꝫ manū suā ad os ducere. nunq̄ꝫ se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiendū mater cū fratre aderant. ⁊ quicq̄d ex elemosina potuisset accipe hoc eorꝝ manibꝫ paupibꝫ erogabat. Nequaq̄ꝫ litteras nouerat sed scripture sacre sibimet codices emerat ⁊ religiosos q̄sqꝫ ī hospitalitate suscipiens hos corā se studiose legere faciebat. Factumqꝫ est vt iuxta modū suū plene sacram scripturā disceret cū sicut dixi litteras funditꝰ ignoraret. Studebat semp in dolore gratias agere pmmis deo ⁊ laudibꝫ diebus ac noctibꝫ vacare. Sed cū iam tempꝰ esset vt tanta eiꝰ pacientia remunerari debuisset mēbrorꝝ dolor ad vitalia redijt. Cumqꝫ iam se morti ꝓximū agnouisset pegrinos viros atqꝫ in hospitalitate susceptos ammonuit vt surgerent ⁊ cū eo psalmos ꝓ expectatione sui exitus decantarēt. Cumqꝫ cum eis ⁊ ipe moriens psalleret voces psallentium repente compescuit cum terrore magni clamoris dicens. Tacete. nunquid non auditis quante resonent laudes in celo. Et dum ad easdem laudes quas intus audierat aurē cordis intēderat. Sancta illa anima carne soluta est. Qua scilicet exeūte tanta illic fraglantia odoris aspersa est. vt omnes qui illic aderant inestimabili suauitate replerent̄. ita vt per hoc patenter cognoscerent. q eam laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit q̄ nunc usqꝫ viuit ⁊ cū magno fletu attestari solet. quia quousqꝫ corpꝰ eius sepulture traderent. ab eorū naribus odoris fraglantia non recessit. In eisdem quoqꝫ omelijs tem

narrasse me recolo. Quam preciosus compresbiter meus
qui hanc nouerat me narrante attestatus est.

EO namq; tpe quo monasteriu petij anus quedam
Redempta noie in sanctimoniali habitu constituta
in vrbe hac iuxta beate marie semp virginis eccle
siam manebat. Hec illius discipula extiterat que
magnis virtutibus pollens sup prenestinos montes vitam
heremiticam duxisse ferebat. Huic aut redempte due in eo
dem habitu discipule fuerat vna nomie Romula & altera
que nunc supest. qua qdem facie scio sed noie nescio. Tres
itaq; hec in vno habitaculo comonentes morum qdem diui
tijs plene. sed tn paupem vita rebus ducebat. Hec autem
qua prefatus sum romula alia qua predixi condiscipulam
suam magnis vite meritis anteibat. Erat quippe mire pa
tientie. summe obedientie custos oris sui ad silentiu. studio
sa valde ad continue oronis vsum. Sed qr plerumq; hi qs
iam homines pfectos estimat adhuc in oculis summi opifi
cis aliqd imperfectionis habent. sicut sepe imperiti homines
nec dum pfecte sculpta sigilla conspicimus. etia qsi perfe
cta laudam9. que tn adhuc artifex considerat & limat. lau
dari iam audit & tamen ea tundere meliorando non desinet
Hec qua prediximus Romula ea qua greco vocabulo me
dici paralisim vocat molestia corpali pcussa e multisq; an
nis in lectulo decubas. pene omni iacebat mebrorum officio
destituta. Nec tn hec eade ei9 mente ad impacientia flagel
la pduxerat. nam ipa ei detrimeta membrorum facta fuerat
incrementa virtutu qr tanto sollicitis ad vsu orois excre
uerat. quanto & aliud quod liber agere nequaq; valebat.
Nocte igit quadam eande redemptam qua prefatus sum
que vtrasq; discipulas suas filiarum loco nutriebat vocauit
dices. Mater veni. mater veni. Que mox cu alia ei9 condi
scipula surrexit sicut vtriq; referetibus & multis eadem res
impositio hominis

tum q2 eorum habitacula fetoris nebula non tanguntur. Et notandū quod isdem fetor esse et nebula visa sit q2 inimicū carnal' delectatio mentē q3 inficit obscurat vt veri luminis claritatem non videat sed vnde delectatur inferius inde caliginem supernam patiatur. Petrus. Gregorius.

Putamus ne hāc auctoritate sacri eloquij posse monstrari vt culpe carnaliū fetoris pena puniat. Gregorius.

Potest nāq3 libro geneseos attestante dicimus. q2 sup sodomitas dns ignē et sulphur pluit vt eos et ignis incenderet et fetor sulphuris necaret. Quia eni amore illicito corruptibil' carnis arserāt simul incendio et fetore perierūt quaten9 impia sua cognoscerēt. q2 eterne morti fetoris sui se delectatione tradidissent. Petrus.

De his qbus dubius fui nihil mihi fateor questionis remansisse. Gregorius.

Sciendū q3 est q2 nōnunq3 anie adhuc in suis corporibus posite penale aliqd de spiritalibus vident. Qd tn̄ qbusdam ad edificationē suā qbusdā vero cōtingere ad edificationē audientiū solet. Nam is d quo in omelijs corā ppl'o me narrasse iam memini inqet9 valde Theodorus noie puer fuit qui in monasteriū meū fr̄em suū necessitate magis q3 voluntate secut9 ē. Cui inimicu3 graue erat si qs p salute sua aliquid loqret. Bona eni non solum facere s3 etiā audire nō poterat nūq3 se ad sancte cōuersationis habitū venire iurādo irascendo deridendo testabatur. In hac aūt pestilencia q nup hui9 vrbis ppl'm magna ex pte consumpsit pcussus in inguine est pductus ad mortem. Cunq3 extremū spiritū ageret cōuenerūt fratres vt egressum illi9 orando ptegerent. Iam corp9 eius ab extrema pte erat pmortuū in solo tm̄ pectore vital' adhuc calor anhelabat. Cuncti aūt fr̄es tanto p eo ceperūt enixi9 orare qnto eū iam videbāt sub celeritate discedere Tum repente cepit eisdē fratribus assistentibus clamare et cū magnis vocibus orōes eorū interrūpere dicēs. Recedite ecce draconi ad deuorandū dat9 sum. qui propter vrām p̄ntiam deuorare me nō pt. Caput meū iam i suo ore absorbuit date locū vt nō me ampli9 cruciet sed faciet qd factur9 est Si ei

ad deuorandum datus sum. q̄re propter vos moras pati-
er. Tunc fr̄es ceperūt ei dicere. Quid est q̄d loq̄ris frater.
Signū tibi sancte crucis imp̄me. Respōdit ille dicēs Vo
lo me signare sed non possum. q2 squamis hui9 draconis
premor. Cumq3 hoc fr̄es audirēt. prostrati in terrā cū lacri
mis ceperūt ꝓ ereptione illius vehementius orare et ecce
subito cepit eger clamare dicēs. Gratias deo ecce draco q̄
me ad deuorandū acceꝑat fugit orōnib9 vestris expulsus
stare non potuit. Pro peccatis mō intercedite. q2 cōuerti
paratus sum ⁊ secularē vitā funditus relinq̄re. Homo er
go qui sicut iam dictū est ab extrema corꝑis ꝑte fuerat p̄-
mortuus reseruans ad vitā toto corde ad deū conuersus
est ⁊ postq̄3 mutatus mente diu est flagellis attritus ⁊ tūc
eius anima carne soluta est.

Et contra Crisorius sicut probus propinquus il-
lius cui9 iā sup̄i9 meōriam feci narrare ↄsueuit vir
in h̄ mūdo valde ꝑdone9 fuit sed tn̄ plen9 vicijs
q̄ntū reb9 suꝑbia tumid9 carnis sue voluptatib9 subdit9
in acq̄rendis reb9 auaricie facib9 accensus. Sz cū tot malis
dn̄s finē ponere decreuisset corꝑali hunc molestia ꝑcussit
Qui ad extremū veniēs eadē hora q̄ iam de corꝑe erat ex-
iturus apertis ocul' vidit deterrimos ⁊ nigerrimos spūs co
ram se assistere ⁊ vehemēter imminere vt ad inferni clau
stra eū raꝑent. Cepit tremere palescere sudare et magnis
vocib9 inducias petere filiū suū noīe maximū quē ip̄e iam
monachus monachū vidit nimis turbat9 vocib9 vocare
dicens Maxime curre nunq̄3 tibi mali aliq̄d feci in fide tua
me suscipe. Turbatus mox maxim9 adfuit lugēs ac ꝑstre
pens familia ↄuenit. Eos aūt q̄s ille insistentes sibi graui
ter tollerabat ipi malignos spūs videre non poterāt s̄ eo-
rum p̄n̄tiam in ↄfusione ⁊ pallore ⁊ tremore illius qui tra-
hebatur videbāt. Pauore aūt terre eorꝝ ꝑmaginis huc il-
luc q3 vertebat̄ in lecto iacebat in sinistro latere aspectū eo
rum ferre nō poterat v̄tebat̄ ad parietē ibi aderāt. Cumq3
constrict9 nimis relaxari se iā posse desperaret cepit ma-
gnis vocib9 clamare. Inducias l' vsq3 mane inducias vsq3
mane. Sz cū hec clamarz ī ip̄is vocib9 d̄ habitaculo sue car
nis euuls9 ē. De q̄ nimirꝝ ↄstat q2 ꝓ nobis ista n̄ ꝓ se vide

rit vt eius visio nobis pficiat quos adhuc diuina pacien-
tia longanimiter expectat. Nam illi tetros spūs an̄ mor-
tem vidisse. et inducias petisse q̄d profuit q̄ easdem indu-
cias quas peciit non accepit. Est etiā nūc apud nos athana
sius ex ysauria presbiter q̄ in diebꝰ suis p̄conij rem terribi
lem narrat euenisse. Ibi nanqꝫ vt ait q̄ddam monasteriū
Thongolaton dicit̄ in q̄ quidā monachus magne estima
tionis habebat̄ bonis q̄ppe cernebatur moribꝰ atqꝫ in om-
ni sua actiōe composit9. Sed sicut ex fine res patuit longe
aliter q̄ʒ apparebat fuit. Nam cū ieiunare se cū fratribꝰ de-
monstraret occulte manducare consueuerat. Qd ei9 viciū
fratres omnino nesciebāt. Sed corporis superueniente mole-
stia ad vite extrema pductus est. Qui cū iam esset in fine
fratres ad se omēs q̄ monasterio inerāt congregari fecit. At
illi a tali vt putabant viro moriente magnū quid ac dele-
ctabile se ab eo audire crediderūt. q̄bus ipe afflictus et tre
mens compulsus est prodere cui hosti tradit9 cogebatur
exire. Nam dixit. Quando me vobiscum ieiunare credeba
tis occulte comedebam et ecce nunc ad deuorandū draconi
traditus sum. Qui cauda sua mea genua pedesqꝫ colliga-
uit caput suū intra meū os mittens spiritū meū ebibens ex
trahit. Quibꝰ dictis statim defunct9 est. atqꝫ vt peniten-
do liberari potuisset. a dracone quē viderat expectat9 non
est. Qd nimirum constat. q2 ad solam vtilitatem audienti-
um viderit. qui eum hostem cui tradit9 fuerat et innotuit
et non euasit.

Petrus.

Doceri vellem si post mortem purgatorius ignis esse cre-
dendus est.

Gregorius.

In euangelio dicit dn̄s. Ambulate dum lucē habetis. Per
prophetā q̄ʒ ait. Tpe accepto exaudiui te et in die salutis
adiuui te. Qd paul9 apl's exponēs dicit. Ecce nūc tps ac-
ceptabile. ecce nūc dies salutis. Salomon q̄ʒ ait. Qdcūqꝫ
potest man9 tua facere instāter opare. q2 nec op9. nec ratiō
nec sciencia nec sapiētia erit apud inferos q̄ tu properas.
Dauid q̄ʒ ait. q2 in seculū misericordia ei9. Ex q̄bꝰ nimiru
sentencijs constat. q2 q̄lis hinc q̄sqꝫ egredit̄ tal' in iudicio p̄
sentatur. Sed tn̄ de q̄busdā leuibꝰ culpis esse an̄ iudicium

purgatorius ignis credendus est· pro eo quod veritas dicat quia si quis in sancto spiritu blasphemiam dixerat neque in hoc seculo remittitur ei neque in futuro· In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo quasdam vero in futuro posse laxari· Quod enim de uno negatur consequens intellectus patet quia de quibusdam conceditur· Sed tamen ut predixi· Hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est sicut est assidue ociosus sermo immoderatus usus vel peccatum cure rei familiaris que vix sine culpa vel ab ipsis agitur qui a culpa qualiter declinare debeant sciunt aut non in grauibus rebus error ignorantie que cuncta etiam post mortem grauant si adhuc in hac vita positis minime fuerint relaxata Nam cum paulus dicat christum esse fundamentum atque subiungat si quis superedificauerit super hoc fundamentum aurum argentum lapides preciosos ligna fenum stipulam uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit si cuius opus manserit quod superedificauit mercedem accipiet· si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Quamuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi tamen si quis hec de igne futuro purgationis accipiat pensandum sollicite est· quia illum per ignem dixit posse saluari non qui super hoc fundamentum ferrum es vel plumbum edificat id est peccata maiora et idcirco duriora atque tunc iam insolubilia sed ligna fenum stipulam id est peccata minuta atque leuissima que ignis facile consumat hoc tamen sciendum est quia illic saltim de minimis nihil quisque purgationis obtinebit nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus ut illic obtineat promereatur.

Nam cum adhuc essem iuuenculus atque in laico habitu constitutus narrari a maioribus atque scientibus audiui quod Pascasius huius apostolice sedis diaconus cuius apud nos rectissimi et luculenti de sancto spiritu libri extant mire sanctitatis vir fuerit elemosinarum maxime operibus vacans cultor pauperum et contemptor sui· Sed hic in ea contentione que inardescente zelo fidelium inter Symachum atque laurencium facta est ad pontificatus ordinem laurencium elegit et omnium post vnanimitate superatus in sua tamen sententia vsque ad diem sui exitus perstitit illum amando atque preferendo quem episcoporum iudicio preesse sibi ecclesia refutauit· Hic itaque cum temporibus Symachi apostolice

Strictu dei iudicium suffragium a[illegible] 3 oro

sedis presulis esset defunctus eius dalmaticam feretro suppo
sitam demoniacus tetigit statimque sanatus est. Post multum
vero tempus germano capuano episcopo cuius superius memoriam
feci medici pro corporis salute dictauerant vt in angularibus
termis lauari debuisset. Qui ingressus easdem termas prefatum
dictum paschasium diaconum stantem et obsequentem in ca
loribus inuenit. Quo viso vehementer extremuit et quid il-
lic tantus vir faceret inquisiuit. Cui respondit pro nulla alia cau
sa in hoc penali loco deputatus sum nisi quia in parte laurencij
contra symachum sensi. Sed quaeso te pro me dominum deprecare
atque in hoc cognosces quod exauditus sis si huc rediens me non
inueneris. Qua de re vir domini germanus se in precibus strin-
xit et post paucos dies rediit sed iam dictum paschasium in
loco eodem minime inuenit. quia ei non malicie sed ignoran-
tie errore peccauerat purgari post mortem a peccato potu-
it. Quod tamen credendum est. quia ex illa elemosinarum suarum lar-
gitate hoc obtinuit vt tunc posset promereri veniam cum iam
nil posset operari. Petrus.

Quid hoc est quaeso te quod in his extremis temporibus tam mul
ta de animabus clarescunt quae ante latuerunt. ita vt apertis
tis reuelationibus atque ostensionibus venturum seculum inferre
se nobis atque aperire videatur. Gregorius.

Ita est nam quantum presens seculum propinquat
ad finem tantum futurum seculum ipsa iam quasi
propinquitate tangitur. et ex signis manifestiori
bus aperitur. Quia enim in hoc cogitationes nostras vicis
sim minime videmus in illo autem nostra in alterutrum cor
da conspicimus quid hoc seculum nisi noctem et quid futu-
rum nisi diem dixerim. Sed queadmodum cum nox finiri
et dies incipit oriri ante solis ortum simul aliquo modo te
nebre cum luce commixte sunt quousque discedentis noctis
reliquie in lucem diei subsequentis perfecte vertantur. ita hoc mun
di finis iam cum futuri seculi exordio permiscetur atque ipse reliq
arum eius tenebre quadam iam rerum spiritalium permixtione translu
cent. Et quae illius mundi sunt multa cernimus. Sed nec dum per
fecte cognoscimus. quia quasi in quodam mentis crepusculo hec
velut ante solem videmus. Petrus.

Placet qđ dicis. Sed de tanto viro paschasio hoc animum ad inquisitionē mouet q̄ post mortē ad penalem locū ductus est. cui9 feretri vestis tangi potuit et maligñus spūs ab obsesso hoīe fugari. Gregorius.

Hac in re magna debet omnipotentis dei dispensatio et quā sit multiplex agnosci. cui9 iudicio actū ē vt isdem vir paschasius et ipē intus aliqūto tpe reciperet q̄ peccasset. et tn̄ ante humanos oculos mira p corpus suū post mortē faceret. Qui an̄ mortez eis q̄z cognoscentib9 pia opa fecerit vt neqz hij q̄ bona ei9 videāt de elemosinarum illi9 estimatione fallerent̄ neqz ipa sine vltione laxaret̄ culpa. quā nec esse culpam credidit et idcirco hanc fletibus non extinxit. Petrus.

Perpendo q̄ dicis verūtamen hac ratione ɔstrict9 nō solum q̄ intelligo sed etiā ipa q̄ in me nō intelligo cogor iam peccata formidare. sed q̄so te. qr paulo sup9 sermo de locis penalib9 inferni versabat̄ vbi naz esse infernū putamus super hanc terram an sub hac terra esse credendus est. Gregorius.

Hac de re temere diffinire nō audeo. nōnulli nāqz in q̄dam terrarū pte infernū esse putauerūt. alij vero hunc sub terra esse estimāt. Sed tamen hoc animum pulsat qr si idcirco infernū dicim9 qr inferi9 iacet qđ terra a celo est hoc esse debet infern9 a terra. Vn̄ et fortasse p psalmistam dicit̄. Liberasti animā meam ex inferno inferiori vt infernus superior in terra. infern9 vero inferior sub terra esse videat̄. Et iohānis vox in estimatione ista ɔcordat Qui cū signatū librū septē sigill' vidisse se diceret. qr nemo inuēt9 ē dign9 neqz ī celo neqz ī terra neqz subt9 terrā apire libꝝ et soluere signacula ei9 adiūxit et ego flebā multū. Quē tn̄ postmodū libꝝ p leonē de tribu iuda dicit apire. In q̄ videlicz libro q̄d aliud q̄z sacra scriptura signat̄ quā sol9 redēptor nr̄ apuit Qui hō fctūs moriēdo resurgēdo. ascendēdo cūcta misteria q̄ in eo fuerant clausa patefecit. et null9 in celo. qr neqz angel9 null9 in terra. qr neqz hō viuēs ī corpe null9 subt9 terrā dign9 inuēt9 ē. qr neqz anie corpe exute apire nobis pter dn̄m sacri eloquij

Inferni loc9

secreta potuerunt. Cum ergo ad aperiendū librum nullus
sub terra inuent9 est dignus dicit̄ qd obstet nō video nisi
vt sub terra esse infernus credatur. ¶ Petrus.

Quesо te vn9 esse gehenne ignis credend9 est. an q̄n-
ta peccatorum diuersitas fuerit. tanta q̄3 estimanda
sunt ⁊ ipa incendia esse preparata. ¶ Gregorius.

penarum diuersitas

Unus qdem est gehenne ignis sed non vnomodo
omnes cruciat peccatores. Vniuscuiusq3 etenim
q̄ntum exigit culpa. tanta illic sentiet pena. Nam
sicut in hoc mūdo sub vno sole multi consistūt. nec tn̄ eius-
dem solis ardorem eq̄liter sentiūt. q2 alius plus estuat at-
q3 alius minus. ita illic in vno igne nō vnus est mod9 in-
cendij q2 qd hic diuersitas corpor2 hoc illic agit diuersitas
peccator2 vt ⁊ ignem nō dissimilē habeāt ⁊ tn̄ eosdem sin-
gulos dissimiliter exurat. ¶ Petrus.

penarum eternitas

Nunquid nam q̄so te dicimus eos qui semel illic mer
si fuerint semper arsuros. ¶ Gregorius.

Constanter inimicū ⁊ incūctanter verū ē. q2 sicut fi
nis nō ē gaudio bonor2 ita finis nō erit tormento
malor2. Nam cū veritas dicat ibūt impij in sup-
plicium eternū iusti aūt in vitā eternā. q2 verū est qd p-
misit falsū procul dubio nō erit qd minat9 ē deus. ¶ Petr9.

Quid si qs dicat idcirco peccantibus eternā penā minatus
est vt eos a peccator2 perpetratiōe cōpesceret. ¶ Gregori9.

de eodem

Si falsum est qd minatus est vt ab iniusticia corri
geret etiā falsa est pollicitus vt ad iusticiā prouoca
ret. Sed qs hoc dicere vel insanus presumat ⁊ si
minat9 ē qd nō erat impletur9 dū asserere eū misericordē3
volumus fallacē qd dicis nephas est pdicare compellimur

Scire velim qd iustū sit vt culpa que cū ¶ Petr9.
fine perpetrata est sine fine puniatur. ¶ Gregorius.

de eodem

Hoc recte diceretur si districtus iudex non corda ho
minum sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum
fine deliq̄runt. q2 cū fine vixerūt. Nā noluissent vti
q3 si potuissent sine fine viuere vt potuissent sine fine pecca
re. Ostendūt enī q2 in peccato semp viuere cupiūt q nunq̄3
desinūt peccare dū viuunt. Ad magnā g iusticiā iudican-

as pertinet vt nūq̄ȝ careant supplicio qui in hac vita nunq̄ȝ voluerunt carere peccato. ¶ Petrus.

Nullus iustus crudelitate pascit᷑. ⁊ delinquens suus a iusto dn̄o ideo cedi p̄cipit᷑ vt a neq̄cia corrigat᷑ ad h̄ g̃ vapulat vt emēdari debeat. Iniq autem jehēne ignib⁹ traditi si ad correptionē nō p̄ueniūt q̄ fine semp ardebūt. ¶ Gregorius

Omnipotens deus q2 pius est miserorum cruciatu nō pascit᷑. q2 vero iustus est ab iniquorum vltione imp̄petuū nō sedat᷑. Sed iniq omēs eterno supplicio deputati sua q̄dem iniq̄tate puniunt᷑ ⁊ tn̄ ad aliquid ardebunt scilicet vt iusti omēs ⁊ in deo videāt gaudia q̄ p̄cipiunt ⁊ in illis respiciāt supplicia q̄ euaserūt q̄tenus tanto magis in eternū gr̄atie diuine debitores se esse cognoscāt quāto in eternum mala puniri conspiciūt que eius adiutorio vicerunt. ¶ Petrus.

Et vbi est q̄ sancti cū pro inimicis suis q̄s tunc ardere vident non orabunt quibus vtiq̄ȝ dictum est pro inimicis vestris orate. ¶ Gregorius.

Pro inimicis suis orant eo tp̄e q̄ p̄nt ad fructuosam penitentiam eorum corda p̄uertere atq̄ȝ ip̄a cōuersione saluare. Quid enī aliud p̄ inimicis orādum est nisi hoc qd̄ ap̄ls ait vt det illis deus penitentiā ad cognnscendam veritatem ⁊ resipiscant a diaboli laqueis. a quo capti tenentur ab ip̄ius voluntate. Et quomō pro illis tunc orabunt q̄ iam nullatenus possunt ad iusticie op̄a ab iniquitate commutari. Eadem itaq̄ȝ causa est cur non oretur tunc pro hominibus igni eterno dampnatis q̄ nūc etiam causa est vt non oretur p̄ diabolo angelisq̄ȝ eius eterno supplicio deputatis. Que nunc etiam causa est vt non orent sancti homines pro hominib⁹ infidelib⁹ impijsq̄ȝ defunctis. Quia pro eis vtiq̄ȝ quos eterno deputatos supplicio iam nouerunt ante illum iudicis iusti conspectum orationis sue meritum cassari refugiunt q̄ si nunc quoq̄ȝ viuentes iusti mortuis damnatis iniustis minime compaciuntur qn̄ adhuc aliq̄d iudicabile de sua carne se p̄peti etiaȝ ip̄i nouerūt. Quanto enī districtius tunc iniquorum tormenta respiciūt. tanto ab omni vicio corruptionis exuti ip̄i iā

iusticie vicinius atq; artius inherebūt. Sic quippe eorum mentes ꝑ hoc qd iustissimo iudici inherent ius districtionis absorbet vt omnino eis non liceat· quicqd ab illius eterne regule subtilitate discordat· ¶ Petrus.

NOn est iam q respondere debeam apte rationi. Sed hec nūc questio mentē mouet quomō aīa immortalis dicit̄ dū ꝯstat q impetuo igne moriat̄· ¶ Gregorius·

duplex immortalitas

QVia duobȝ modis vita dicit̄. duobȝ etiā modis mors debet intelligi· Aliud est nanq; q in deo viuimus· Aliud vero q in hoc q conditi vel creati sumus· Item aliud est beate viuere atq; aliud essencialiter· Anima itaq; mortalis esse intelligitur ⁊ inmortalis Mortalis quippe qꝛ beate viuere amittit· Immortalis autem qꝛ essencialiter viuere nunq̄; desinit· ⁊ nature sue vitam ꝑdere nō valet cū impetua fuerit morte damnata Illic em̄ posita beata esse ꝑdit ⁊ esse nō ꝑdit. Qua ex re cogitur semꝑ vt ⁊ mortē sine morte ⁊ defectū sine defectu ⁊ finem sine fine patiat̄· q̄tenus ei ⁊ mors immortalis sit· ⁊ defectus indeficiens ⁊ finis infinitus· ¶ Petrus·

QVis hanc tam inexplicabilem damnationis sententiam cuiuslibet sit oꝑis ad exitū veniens non ꝑtimescat qn ⁊ si iam nouit quid egit ⁊ adhuc tn̄ facta illius q̄; subtiliter iudicentur ignorat· ¶ Gregorius·

Duplex timor in electis

UT asseris ita est. Sed plerūq; de culpis minimis ipse solus pauor egredientes aīas iustoꝝ purgat sicut narrari de quodā sancto viro me frequēter audisti· Qui ad mortē veniēs vehementer timuit. Sȝ post mortē discipulis i stola cādida apparuit ⁊ q̄m p̄clare sit susceptus indicauit· Nōnūq; vero omnipotens deus trepidantiū mētes qbusdā pius reuelationibȝ roborat vt i morte minime ꝑtimescant· nā quidam mecū in mōsterio frater antbonius noīe viuebat q multis q̄tidianis lacrimis ad gaudia pris celestis anhelabat· Cūq; studiosissime ⁊ cū magno feruoris desiderio sacra eloq̄a meditaret̄. nō in eis v̄ba sciencie. Sed fletū compūctionis inq̄rebat· q̄tenus ꝑ hec excitata mens eius in ardesceret. ⁊ ima deserens ad regionē celestis patrie ꝑ contemplationē volaret. Huic ꝑ visionē nocturnā dictū est· Paratus esto ⁊ qꝛ dn̄s iussit mig̃· Cūq; ille n̄ hr̄e sūptus ad

migrandum diceret· responsum ptinus audiuit dicẽs· Si de peccatis meis agitur dimissa sunt. Qd cũ semel audisset et magno adhuc metu trepidaret· nocte q̊z alia eisdez ṽbis e ammonitus· Tunc post q̊nqz dies febre correptus cun-ctis fratribus orantibus flentibusqz defunctus est.

Alius etiã frater in eodem monasterio merolus di-cebatur· vehemẽter lacrimis atqz elemosinis intẽtus psalmodie vero ex ore illius pene nullo tpe cessare consueuerant excepto cũ aut alimentũ corpi aut membra de-disset sopori· Huic nocturna visione appuit qr ex albis flo-ribus corona de celo in caput illius descendebat. Qui mox molestia corpis occupatus cũ magna securitate animi atqz hylaritate defunctus est. Ad cuius sepulcrũ dum petrus qui nunc monasterio meo pest sibi sepulturã facere potest an-nos q̃tuordecim voluisset tanta vt asserit de eodẽ sepulcro illius fraglancia suauitatis emanauit ac si illic florũ omni-um fuissent odoramẽta ꝯgregata Qua ex re manifeste pa-tuit quã verũ fuit qd p nocturnam visionem vidit·

In eodem q̊z monasterio alius q̇dam johãnes di-ctus est magne indolis adolescens q̇ etatẽ suaz in-tellectu et huilitatis dulcedine et g̃uitate transie-bat· Huic egrotanti atqz ad extremũ deducto p nocturnã visionem ei q̇dam senex appuit et hunc ṽga tetigit eiqz di-xit· Surge ex hac eñ molestia modo minime morieris ·sed paratus esto qr longũ tpus hic facturus nõ eris· Qui dum iam esset a medicis desperatus repente sanatus est atqz cõua-luit rem quã viderat narrauit seqz p bienniũ in dei suicio sicut p̃dixi vltra etatis sue annos exhibuit· Ante hoc autẽ trienniũ cũ q̇dam frater fuisset mortuus atqz in eiusdẽ mo-nasterij cimiterio a nobis sepultus cunctis nobis ab eodem cimiterio exeuntibus isdem iohãnes sicut postmodũ pallens et tremens indicauit illic nobis descendẽtibus inuentus ab eo-dem fratre qui mortuus fuerat de sepulcro vocatus est· Qd mox etiam subsequens finis edocuit nam post dies decem inuasus febribus carne solutus est.

¶ Petrus.

Doceri vellem si hoc quod per nocturnas visiones ostẽdi-tur debeat obseruari.

¶ Gregorius.

visio nocturna

de eodem

de eodem

In hoc pecte sciendu͂ est q͂ sex modis tangunt animu͂ ymagines somniorum. Aliqn͂ naq͂ somnia ventris plenitudine vel inanitate aliqn͂ vero illusione aliqn͂ cogitatione sil' et illusione aliqn͂ revelatione aliqn͂ aut cogitatione sil' et revelatione generant. Sed duo q̄ prima diximus omni experimento cognoscimus subiuncta aut quatuor in sacre scripture pagina reperimus. Somnia enim nisi plerumq͂ ab occulto hoste p illusione fierent nequaq͂ h vir sapiens indicaret dicens. Multos enim errare fecerunt somnia et exciderunt sperantes in illis Et iterum. Non augurabimini nec observabitis somnia q̄bus profecto v̄bis cuius sint detestationis ostendit q̄ auguriis coniungunt. Rursus nisi aliqn͂ ex cogitatione sil' et illusione procederet vir sapiens minime dixisset. Multas curas sequitur somnia. Et nisi aliqn͂ somnia ex misterio revelationis orirent ioseph p̄ferendu͂ se fratribus somio n͂ videret nec sponsum marie vt ablato puero in egiptu͂ fugeret p somniu͂ angelus amoneret. Rursu͂ nisi aliqn͂ somnia ex cogitatione sil' et revelatione procederet nequaq͂. Daniel propheta nabuchodonosor visione disserens a radice cogitationis inchoasset dicens. Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo q̄d esset futurum p9 hec et q̄ revelat misteria ondit tibi q̄ ventura sut. Et paulo post. Videbas et ecce q̄si statua vna grandis statua illa magna et statura sublimis stabat ɔtra te et cetera. Daniel itaq͂ du͂ somniu͂ adimplendu͂ reverenter insinuat et ex qua ortu͂ sit maifestat. Patenter ondit q̄ h plerumq͂ cogitatione sil' et revelatione generet. Sed nimiru͂ cu͂ somnia tot rerum q̄litatibus alternent tanto eis credi difficilius debet. q̄nto et q̄ in pulsu veniat facilius no͂ elucet. Sancti autem viri inter illusiones atq͂ revelationes ipas visionu͂ voces a͂ ymagines q̄da͂ intimo sapore discernu͂t vt sciant vel q̄d a bono spiritu p̄cipiat. vel q̄d ab illusione patiant. Nam si erga hec mens cauta no͂ fuit p deceptorem spiritu͂ mltis se vanitatibus immergit. q͂ nonunq͂ solet mlta vera p̄dicere ut ad extremu͂ valeat aiam ex vna aliq̄ falsitate laq̄are. sicut nostro nuper cuidam certu͂ est contigisse. Qui du͂ somnia vehementer attenderet et p longa somniu͂ vite huius spacia sibi promissa sunt. Cunq͂ multas pecunias pro longioris vite stipendiis collegisset ita repente defunctus est vt

intactas omnes relinqueret et ipse secum nihil ex bono opere portaret. Petrus.

Quis ille sit memini. Sed quaeso te ea que cepimus exequamur. Putamus ne animabus aliquid prodesse si mortuorum corpora fuerint in ecclesijs sepulta Gregorius

Quem gravia peccata non deprimunt hoc prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur quod eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca conveniunt suorum quorum sepulchra conspiciunt recordantur et pro eis domino preces effundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt non ad absolutionem potius quam ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in ecclesijs ponuntur. Quod melius ostendere poterimus si ea que diebus nostris gesta sunt breviter enarremus.

Vir nanque vite venerabilis Felix portuensis episcopus in sauinensi provincia ortus atque nutritus est. Qui quandam sanctimonialem feminam in loco eodem fuisse testatur que carnis quidem continentiam habuit. Sed lingue procacitatem atque stultiloquium non declinavit. Hec igitur defuncta atque in ecclesia sepulta est. Eadem autem nocte custos eiusdem ecclesie per revelationem vidit. quod deducta ante sacrum altare per medium secabatur et pars una illius igne cremabatur. et pars altera intacta remanebat. Cumque hec surgens mane fratribus narrasset. et locum ostenderet in quo fuerat igne consumpta ipsa flamme conbustio ita ante altare in marmoribus apparuit ac si illic eadem femina igne corporeo fuisset concremata Qua ex re aperte datur intelligi. quod hij quibus peccata dimissa non fuerint ad evitandum iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuvari.

Iohannes quoque vir magnificus in hac urbe locum prefectorum servans. cuius gravitatis atque veritatis sit novimus. Qui mihi testatus est. Valerianum patricium in civitate que brixa dicitur fuisse defunctum. Cui eiusdem civitatis episcopus accepto precio locum in ecclesia prebuit in quo sepelire debuisset. Qui videlicet valerianus usque ad etatem decrepitam levis ac lubricus extitit modumque suis pravitatibus ponere contempsit. Eadem vero nocte qua sepultus est beatus faustinus martir. in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatum custodi suo apparuit dicens Vade et dic episcopo ut projiciat hic fetentes

carnes quas hic posuit q̇d si non fecerit die tricesimo ipe
morietur· Quā visionē custos epo timuit ꝯfiteri· ⁊ rursus
ammonitꝰ declinauit· Die aūt tricesimo eiusdeꝫ ciuitatis
epus cū vespⁱtina hora sanꝰ atqꝫ incolomis ad lectum re
dissent subita ⁊ inopinata morte defunctus est

de eisdem

Adest q̊ꝫ in pn̄ti venerabil' frater venancius lunē-
sis epus ⁊ magnificꝰ liberiꝰ vir nobilissimꝰ atqꝫ
veracissimus q̇ se scire suosqꝫ hoīes interfuisse te
statur ei rei quā narrauit nuꝑ in genuense vrbe contigisse
Ibi nāqꝫ vt dicit valentinꝰ noīe ecclesie mediolanensis de
fensor defunctꝰ est vir valde lubricus ⁊ cūctis leuitatibus
occupatꝰ cuiꝰ corpus i ecc̄ia bt̄i martiris syri sepultū est·
Nocte aūt media i eadē ecclesia facte sūt voces ac siq̇s vi-
olenter ex ea repelleret atꝫ traheret foras Ad q̄s nimirum
voces cucurrerūt custodes ⁊ viderūt duos q̊sdā deterrios
spūs q̇ eiꝰdē valentini pedes q̄dā ligatura strinxerāt et eū
ab ecclesia clamantē ac nimiū vociferantē foras trahebāt.
Qui videlicet exterriti ad sua strata reuersi sūt mane aūt
facto aꝑientes sepulcrū in q̇ isdeꝫ valentinꝰ positus fuerat
eius corpꝰ nō inuenerūt. Cumqꝫ extra ecc̄iam q̄rerēt vbi ꝓ
iectū eēt inuenerunt h̄ in sepulcro alio positū ligatis aduc
pedibꝫ sic ab ecc̄ia fu͛at abstractū· Ex q̄ re petre collige·qꝛ
hi q̊s peccata g͛uia deꝑmunt si in sacro loco sepeliri se faci
ant restat vt etiā de sua ꝓsumptione iudicent̄ q̄tenus eos
sacra loca nō liberent sed etiā culpa temeritatis accuset.

de eisdem

Nam q̇d q̊ꝫ in hac vrbe contigerit cūctoꝝ q̇ hic ha
bitāt multitudo testat̄ qꝛ q̇daꝫ artis eoꝝ ꝑmus cū
defunctꝰ fuisset i ecc̄ia beati ianuarij martiris iux-
ta portā sancti laurencij a ꝯiuge sua sepultus ē. sequēti aūt
nocte ex eadē sepultura audiēte custode eiꝰ spūs cepit cla-
mare ardeo ardeo· Cū vero has duas voces emisisset cu-
stos h̄ eiꝰ nunciauit vxori. vxor v̇o illiꝰ eos q̇ diligenter i
spicerēt artis eiusdē viros transmisit ad ecclesiā volēs co
gnoscere q̄liter eius corpus eēt i sepulcro de q̇ talia clama-
ret· Qui aꝑiētes sepulcꝛ vestimēta q̇dē itacta reꝑierūt q̄
nūcusqꝫ i eadē ecc̄ia ꝓ eiꝰdē rē testimōio ꝑuant̄· Corpꝰ v̇o
illiꝰ oīno n̄ inuenerūt ac si i sepulcro eodē positū nō fuisset
Qua ex re colligendū ē q̄ vltiōe aīa eiꝰ dānata sit cꝰ ⁊ caro

est ab eccia piecta· Quid igit sac loca sepultis psut qn hi q idigni st ab eisde sacris locis diuit9 pijciunt. Petrus.

Quid nam ergo esse poterit quod mortuorum valeat animabus prodesse· Gregorius.

Si culpe p9 morte isolubiles n sut mltu solz anias et p9 morte oblaco sac hostie salutaris adiuuare· Ita vt h nuqz ipe defunctoru aie expete videant· Na pdict9 felix eps a qda vite venabili psbito q usqz an biennu vixit 7 i dyocesi sentucelesis vrbis habitabat atz ecclesie bti iohanis q i loco q dr tauriana sita e perat cognouisse se asserit qd isde psbiter in eode loco in q aq calide vapores nimios faciut qtiens corpis necciitas exigebat lauari osueuat· Vbi du die qda fuisset igressus iuueit quedaz incognitu viru ad suu obsequm pparatu q sibi de pedib9 calciameta abstraheret vestimeta suscipet 7 exeutia calori bus sabana pberet atz ome misterium cu magno famulatu pageret· Cuqz h sepi9 fieret isde psbiter die qda ad balnea iturus int semetipm cogitas dixit Viro illi q mihi solet ta deuotissime ad lauadum obsq ingtus appere n debeo Sz aliqd me necce e ei p munere portare· Tuc duas secu oblationum coronas detulit qui mox vt pueit ad locu homine iuueit· atz ex more ei9 obsequio i oib9 vsus e. Lauit itaqz 7 cu ia vestitus voluisset egredi· h qd secu detulerat obsequeti sibi viro p bndictioe obtulit· petes vt benigne suscipet qd ei gra caritatis offerret. Cui meres afflictusqz rndit· Mihi ista qre das pater· Iste panis sanct9 est ·ego huc maducare n possum·ego etem que vides h9 loci dns aliqn fui· Sz p culpis meis hic p9 morte deputat9 sum Si aute mihi pstare vis oipotenti deo offer hunc pane vt p peccatis meis intercueias. Et tuc exauditu te esse cognosce cu huc ad lauadum veneris 7 me minie reperis· In quib9 vbis disparuit 7 is qui ho esse videbat euanescendo innotuit. qz spiritus fuit· Isdem vero psbiter ebdomada continua se pro eo in lacrimis afflixit· salutare hostia qtidie obtulit· 7 reuersus post ad balneu eum ia minime iuueit· Qua ex re qntu psit animab9 immolatio sacre oblationis ostedituc qn hanc 7 ipi mortuoru spiritus a viuetibus petunt 7 signa indicant· quibus per eam absoluti videantur·

de eodem

Neq; hoc silendũ puto qd actũ in meo monasterio ante h triennium reminiscor. Quidã nanq; monachus justus noie medicina arte fũat imbutus q mihi in eodẽ mõsterio ɔstituto sedule obseq atq; in assiduis egritudinibus meis excubare ɔsueuerat. Hic itaq; languore corpis puentus ad extremũ deductus ẽ. Cui in ipa sua molestia frater germanus noie cupiosus fuiebat q ipe q; nũc in hac vrbe p eandẽ medicine artẽ tpalis vite stipendia sectatur. Sz pdictus iustus cũ iã se ad extremũ peruenisse ɔgnouisset eidẽ cupioso fratri suo qr occultatos tres aureos habẽt innotuit. Qd nimirũ fratribus nõ potuit celari Sz subtiliter indagãtes. Atq; illius oia medicamẽta pscrutãtes eosdẽ tres aureos inuenerũt abscõsos i medicamine Qd mox vt mihi nũciatũ est tm̃ malũ de frẽ q nobiscũ ɔmuniter vixerat eqnimiter ferre nõ valui. qppe qr eiusdẽ mei mõsterij sp regula fuerat. vt cũcti frẽs ita ɔmuniter viuerẽt qtenus eis singulis nulla hri propria liceret. nimio terrore pculsus cogitare cepi. vl qd ad purgationẽ morientis facerẽ. l qd ad exemplũ viuẽtibus fratribus puiderem. Precioso igit eiusdẽ monasterij pposito ad me accersito dixi. Vide 7 vt nullus ex fratribus se ad eũ morientẽ iũgat nec smonez ɔsolationis ex quolibet eorũ ore pcipiat. sz cũ in morte ɔstitutus frẽs exqsierit ei suus carnal frater dicat. qr p aureos qs occultatos habuit a cũctis fratribus abhominatus sit vt saltẽ i morte de culpa sua mentẽ ipius amaritudo trãsuerberet atq; a peccato qd ppetrauerat purget. Cũ vero mortuus fuerit corpus illius cũ fratrũ corpibus nõ ponat. sz qlibet fossam in sterqlino facite in ea corpus eius pijcite ibiq; sup eũ tres aureos qs reliqt. iactate omẽs sil clamãtes pecunia tua tecũ sit in pditione 7 sic eũ terra opite. In qbus vtrisq; rebus vnam morientibus alterã vero volui pdesse fratribus viuẽtibus vt et illũ amaritudo mortis a culpa solubilẽ faceret 7 istos auaricie tanta damnatio terreret atq; a culpa phiberet. Qd ita fctm est. Nã cũ isdẽ monachus puenisset ad mortẽ atq; anxie se qreret cõmendare fratribus 7 nullus ei a fratribus applicare 7 loq dignaret ei carnal frater cur ab oibus fratribus eẽt abhoiatus indicauit. Qui ptinus de reatu suo vehemẽ

ter ingemuit. atq3 in ipa sue tristicia e corpe exiuit q ita e sepultus vt dixeram. Sed fres oes ex eade eius snia oturbati ceperut singli extrema qq3 z vilia z q eis hre regulariter semp licuerat ad mediu pferre vehemeterq3 formidare. ne qd apud eos esset vnde rephendi potuissent. Cu vero post morte eius triginta ia essent dies euoluti cepit animus meus defuncto fratri compati eiusq3 cu dolore gui supplicia pensare z si qd eet ereptionis eius remediu qrere. Tunc vocato ad me eode pcioso monasterij mei pposito tristis dixi. Diu est q frater ille q defunctus e in igne cruciat. Debemus ei aliqd caritatis impedere z eu inqntu possumus vt eripiatur adiuuare. Vade itaq3 z ab hodierna die diebus triginta ocinnis offerre p eo sacrificiu stude vt nullus omnio pmittat dies q p absolutione illius hostia salutaris no offeratur. Qui ptinus abcessit z paruit. Nobis aut alia curatibus atq3 dies euolutos no numeratibus isde frater q defunctus fuerat nocte qda fratri suo germano cupioso p visionem apparuit. Que ille cu vidisset inqsiuit dices. Quid est frater. Quo es. Cui rndit. Nuc vsq3 male fui h ia mo bn sum. q2 hodie omunione recepi. Qd isde cupiosus pgens ptinus indicauit fribus i mosterio. Fres vo sollicite coputauerut dies z ipe dies extiterat q p eo tricesima oblatio fuerat impleta. Cuq3 z cupiosus nesciret qd p eo fres agerent z fres ignorasset qd de illo cupiosus vidisset vno eodeq3 tpe du ognosceret ille isti qd egerat atq3 isti ognoscerent ille qd viderat ocordates sil visione z sacrificio res apte claruit. q2 frater q defunctus fuat p salutare hostia euasit supplicium.

Petrus.

Mira sut valde q dicis z n mediocriter leta. Gregorius

De eodem

Ne nobis i dubiu veniat vba mortuorum ofirmat hec facta viuentiu. Na vir vite venerabil cassius narniensis eps q qtidianu3 offerre osueuerat deo sacrificiu seq3 i lacrimas iter ipa sacrificiorum archana mactabat madatum dni p cda sui visione p spiritu suscepit dices. Age qd agis opare qd oparis. No cesset pes tuus no cesset manus tua Natale aplorum venies ad me z tribua tibi mercedem tuam Qui pus annos septe ipo natalicio aplorum die cu missarum sollemnia pegisset z misteria sacre ouionis accepisset e corpe exiuit.

de eodem

HOc quoq; qd audiuimus quędam apud hostes in captiuitate positũ ⁊ in vinculis religatũ fuisse ꝑ quo sua coniũx dieb9 certis sacrificiũ offerre cõsueuerat q longo post tpe ad ꝯiugem reůsus qbus diebus ei9 vincula soluerent innotuit eiusq; cõiunx illos fuisse dies qbus ꝑ eo sacrificiũ offerebat recognouit. Et ex alia nobis re q ante annos septem gesta est certissime ꝯfirmatur.

de eodem

AGatus em̃ panormitan9 ep̃us sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt atq; testant̃ cũ beate memorie ancessoris mei tpe iussus esset. vt romam veniret vim nimie tempestatis ꝑtulit ita vt se ex tanto vndaꝝ ꝑiculo euadere posse diffideret. nauta vero illius barcã noĩe q nunc eiusdem ecclesie clericatus officio fungit̃ post nauẽ carabũ regebat ruptoq; fune cũ eodẽ carabo quẽ regebat inter vndaꝝ cumulos repente disparuit. Nauis aũt cui ep̃us p̃erat tandẽ post multa ꝑicula ad vsticam insulã fluctib9 quassata ꝑuenit. Cumq; die tercio ep̃s nautam q ab eo abrept9 in carabo fuerat. in nulla maris ꝑte viderit apparere vehemẽter afflict9 mortuũ credidit ꝓ ꝑ obsequium caritatis viuo vnũ qd mortuo debebat impendit vt omnipotenti deo ꝑ absolutione ei9 anĩe offerre sacrificium victime salutaris iubet q oblato restaurata naue ꝑrexit ad ytaliam. Cumq; ad romanũ portũ venisset illic nautam repit quẽ mortuũ putabat. Tunc inopinata exultatione gauisus est. ⁊ eũ qliter tot dieb9 in illo tanto maris ꝑiculo viuere potuisset inqsiuit. Qui videlicet indicauit qtiens in illi9 tempestatis fluctib9 cũ eodẽ quẽ regebat fuisset carabo v̾sat9 qliter cũ illo vndis pleno natauerit et qtiens eo a supiori pte deorsũ v̾so ipe carine ei9 sup̾sederet adiũgens cũ dieb9 ac noctib9 h̾ incessãter facẽt iãq; ei9 virtus fundit9 ex fame sil' ⁊ labore cecidisset q em̃ ordie diuina misericordia ꝑuauerit indicauit. Etem̃ qd etiã nuncusq; testat̃ dicẽs. laborãs in fluctib9 atq; deficiẽs subito mẽtis pocere sum ꝑuat9 ita vt neq; vigilare me crederẽ neq; depssus somno essem. Et ecce in eodẽ medio mari me posito qdam apparuit q mihi panẽ ad refectionẽ detulit. Quẽ mox vt comedi vires recepi nec lõge p9 nauis trãsiẽs affuit q

me ab illo vndarum periculo suscepit atq; ad terram deduxit. Nos sc; epus audiens requisiuit diem atq; illo fuisse die repit quo pro eo presbiter in ostica insula deo omnipotenti hostiam sacre oblationis immolauit. ¶ Petrus.

Ea q̄ narras ipse q̄z in sicilia positus agnoui. ¶ Gregorius.

De eodem

Idcirco credo qr h̄ tam apte cū viuentibꝫ ac nescientibꝫ agitur vt cūctis hec agētibꝫ atq; scientibꝫ ostendat͂. qr si insolubiles culpe nō fuerint ad absolucōz prodesse et͂ mortuis victime sacre oblatiōis possint. Sed sciendū ē qr illis sacre victime mortuis psūt q̄ hic viuēdo obtinuerūt. Vt eos etiā post mortē bona adiuuēt q̄ hic pro ipsis ab alijs fiūt. Inter hec aūt pensandū ē q̄ timor sit via vt bonū q̄d quisq; post mortē suam sperat agi per alios agat ipse dū viuit per se. Beatius quippe est liberū exire q̄z post vincula libertatē querere. Debemus itaq; presens seculū vel qr iā cōspicimus defluxisse tota mente cōtempnē quotidiana deo lacrimarum sacrificia quotidianas carnis eius ꝛ sanguinis hostias īmolare. Hec nāq; singlariter victima ab eterno interitu aniam saluat q̄ illā nobis mortē vnigeniti per misteriū repat. Qui licz resurgēs a mortuis iā nō morit͂ ꝛ mors ei vltra nō dn̄abit͂ tn̄ in seipso immortaliter atq; incorruptibiliter viuēs pro nobis iterum in h̄ misterio sacre oblationis immolat͂. Eius quippe ibi corpus sumitur eius caro in ppli salutē partit͂ eius sanguis nō iam in manus infideliū sed in ora fideliū fundit͂. Hinc ergo pensemus q̄le sit pro nobis h̄ sacrificiū q̄d pro absolutiōe nostra passionem vnigeniti filij semp imitatur. Quis eni fideliū habere dubiū possit in ipsa immolatiōis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri i illo iesu xpi misterio anglorum choros adesse sūmis yma sociari terrena celestibꝫ iūgi vnū q̄z ex visibilibꝫ atq; inuisibilibꝫ fieri Sz necce ē vt cū hec agimus nosmet ipsos deo ī cordis cōtritiōe mactemus. qr q̄ passionis dn̄ice misteria celebramus debemus imitari q̄d agimus. Tunc ergo vere pro nobis hostia erit deo cū nos ipsos hostiam fecerit. Sed studendū nobis est vt etiā post orōnis tpa inquātū deo largiente possumus ī ipso animū suo pōdere ꝛ vigore seruemus ne post cogitatio fluxa dissoluat ne vana mentē leticia subrepat ꝛ luctum compunctionis ania per incursam fluxe cogitationis perdat. Sed quippe q̄d poposcerat Anna obtinē

meruit qui se post lacrimas in eodem mentis vigore serua
uit. De qua nimirum scriptū est. Vultusqȝ eius non sunt
amplius in diuersa mutati. Que igitur non est oblita qđ
peciit non est priuata munere qđ poposcit. Sed inter hec
sciendū est qꝛ ille recte delicti veniam postulat q̄ prius hoc
qđ in ipo delinq̄tur relaxat. Munus em̄ nō accipit nisi an̄
discordia ab animo pellat̄ dicente veritate. Si offers mu-
nus tuum ante altare ⁊ recordatꝰ fueris qꝛ frater tuus ha-
bet aliquid aduersum te relinque ibi munꝰ tuū ante alta-
re ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo ⁊ tunc veniens offe-
res munꝰ tuū. Qua in re pensandū ē cū omnis culpa mune
re soluatur q̄ȝ grauis est culpa discordie pro qua nec mu-
nus accipitur. Debemꝰ itaqȝ ad proximū q̄ȝuis longe po
situm longeqȝ disiunctū mente ire eiqȝ animū subdere hu
militate illum ac beneuolencia placare vt scilicet conditor
noster dum tale placitum nostre mentis aspexerit a pecca
to nos soluat. qꝛ munus pro culpa sumit. Veritatis autē
voce attestante didicimus. qꝛ seruus q̄ decem milia talen
ta debebat cū penitentiam ageret absolutionem debiti a do
mino accepit. Sed qꝛ cōseruo suo centum sibi denarios de
benti debitum non dimisit ⁊ hoc iussus exigi quod ei fue-
rat iam per penitentiam dimissum. Ex q̄bus videlicet di-
ctis constat qꝛ si hoc q̄d in nos delinq̄tur ex corde non di-
mittimus ⁊ illud rursus exigitur q̄d nobis iam per penitē
tiam dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum p̄ indul-
ti temporis spacium licet dum iudex sustinet dum conuer
sionem nostram is q̄ culpas examinat expectat conflemus
in lacrimis duriciam mentis formemus in proximis gra-
tiam benignitatis. Et audēter dico. qꝛ salutari hostia pꝰ
mortem non indigebimus si ante mortem deo ipsi hostia
fuerimus.

¶ Explicit liber quartus dyalogorum Gregorij.